



In hoc enchiridio haec sunt: Titulus de verboru[m] & rerum signifi. ff..

<https://hdl.handle.net/1874/433865>

IN HOC EN-

chiridio hæc sunt :

Titulus de verborū & re-
rum signifi. ff. ab Aegi-
dio Perrino officiali de
Iofayo ex germana ve-
terum fide repositus.

Titulus de regulis iuris,
tū ex pādectis, tum ex
decretalibus & sexto.

De gradibus affinitatis
ex pandectis.

Rubricæ omnes Cæsarei
ac pontificij iuris.

Sine quorum expedita no-
titia, manca est vtriusq̃
iuris prudentia.

Parisiis i officina Claudii Che-
uallonii, Anno 1533

Titulus de verborum &

rerū significā. ex quinquagi. lib.

Pādectarum, secundū ordinem

alphabeti: genuinæ ac puræ

antiquorum lectioni, au

thore Aegidio Per

rino officiali de

Iosayo, nuper

restitutus.

non
est, re
rum.

¶ Vlpianus lib. 8. ad edic. l. 199.



Presentem accipe
re debemus, cū q
nō est in eo loco,
in quo petit. Non
em̄ trās mare ab
sētē desideram⁹.
sed si fortē extra
continentia vr̄bis

sit, abest. cæterum vsq; ad cōtinentia,
non abesse videtur, si nō latitet.

¶ Abesse non videt, q ab hostib⁹ cap
tus est, sed q à latronibus detinet.

¶ Paulus lib. 24. l. 34.

Actionis verbo, etiā persecutio
continetur.

¶ Vlpianus lib. 7. l. 139.

Aedificia Romæ fieri, etiā ea
videntur, quæ in continentibus

a ū Romæ

De verbo. & rerū signifi. ff.

Romæ ædificiis fiunt. ¶ Perfecisse & edificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

¶ Idem lib. ad edic. l. 27.

* Ideo hoc. **A**ger est locus qui sine villa est. ¶ Stipendium à stipe appellatum est: quòd per stipes, id est, modica grā colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. Et sanè appellatur à contributione tributum: vel ex eo quòd militibus tribuatur.

¶ Paulus. lib. 21. l. 28.

* amittit. **A**lienationis verbum etiā vsucapionem cōtinet. Vix est em̄ vt nō videatur alienare, qui patitur vsucapi. Eū quoq; alienare dicimus, qui non vtendo amisit seruitutem. ¶ Qui occasione acquirendi nō vitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit: * aut optionem intra certum tempus datā non amplectitur. ¶ Oratio quæ neq; conjunctionem, neq; disjunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel disiuncta vel coniuncta accipitur.

¶ L. Coniunctionē enim nonnumquam pro disiunctione accipi, Labeo ait:

De verbo. & rerū signifi. ff.

ait: vt in illa stipulatione, mihi hæc
rediq; meo, te heredemq; tuum.

¶ Vlpian⁹ lib. 77. ad edic. l. 67.

A Lienatum nō proprie dicitur,
quod adhuc in dominio vendi-
toris manet: venditum tamen rectē
dicitur. ¶ Donationis verbum, *sim- *ver-
pliciter loquendo omnem donatio- bo.
nem comprehendisse videtur, siue
mortis causa, siue non mortis causa
fuerit.

¶ Idem lib. 79. ad edic. l. 71.

A Aliud est capere, aliud accipe-
re. Capere cum effectu accipi-
tur: accipere, etiam si quis nō sic ac-
cipit vt habeat. Ideoq; non videtur
quis capere, quod est restitutus:
sic* & peruenisse proprie illud dici *sicut.
tur, quod est remansurum. ¶ Hæc
verba, his rebus rectē præstari, hoc
significant, ne quod periculum vel
damnū ex ea re stipulator sentiret.

¶ Idem lib. 3. ad. l. lul. Pap. l. 131.

A Aliud est fraus, aliud pœna.
Fraus em sine pœna esse pōt:
pœna sine fraude esse non pōt. Pœ- *noxę
na est noxiæ* vindiçta: fraus & ipsa *noxę
noxia* dicitur, & quasi pœnę quędā *noxę
a iñ præpa

De verbo. & rerū signifi. ff.

preparatio. ¶ Inter multam autem
& pœnam, multū interest: cum pœ-
na generale nomen sit, & omnium
delictorū coercitio: multa specialis
peccati, cuius animaduersio hodie
pecuniaria est. Pœna autem non tā-
tum pecuniaria, verū & capitis &
existimationis irrogari solet. Et mul-
ta quidem ex arbitrio eius venit,
qui multam dicit: pœna non irro-
gatur, nisi quæ quacunque lege vel
quo alio iure specialiter huic delicto
imposita est: quinimo multa ibi di-
citur, vbi specialiter * pœna non est
imposita. ¶ Item multam is dicere
potest, cui adiudicatio data est. Ma-
gistratus enim solos, & præsides pr-
uinciarum posse multā dicere, mā-
datis permissum est: pœnam autem
vnusquisque irrogare potest, cui hu-
ius criminis, siue delicti executio cō-
petit.

*spe-
cialis.

¶ Idem lib. 40. l. 174.

* no-
xave. **A**liud est promittere furem nō
esse, aliud furto noxiā q̄ * solu-
tum. Qui enim dicit furem non esse,
de hominis proposito loquitur: qui
furto noxiā q̄ * solutum, nemini esse
furci

*noxa
q̄.

De verbo. & rerū signifi. ff.
furti obligatum promittit.

¶ Paulus lib. 2. ad. l. Jul. l. 132.

Anniculus amittitur, qui extre-
mo anni die moritur: & cōsue-
tudo loquendi id ita esse declarat.

¶ Ar. te diem decimum Calēdarum,
& post diem duodecimū * Calenda * deci-
rum, utroq; sermone vndecima dies mum.
significatur. ¶ Falsum est eam pepe-
tūle, cui mortuæ filius exsecutus est.

¶ Idem lib. 2. l. 134.

Anniculus non statim vt natus
est, sed trecentesimo sexagesi-
mo quinto die dicitur, incipiente pla-
ne, non exacto die: quia annum ciui-
liter, non ad momenta temporum,
sed ad dies numeramus.

¶ Caius lib. 24. ad edic. puin. l. 51.

Appellatione parentis, non tan-
tum pater, sed etiam auus &
proauus, & deinceps omnes supe-
riores continentur: sed & mater, &
auia, & proauia.

¶ Paulus lib. 73. l. 72.

Appellatione rei, etiam pars cō-
tinetur.

*.i. v. e.

¶ Pōpo. lib. 6. episto. l. 246. risimū
A pud Lab. libris *κατά τὴν* ita scri-
lium.

a iij

ptum

De verbo. & rerū signifi. ff.

ptum est: Exhibet, qui præstat eius de quo agitur, præsentiam. Nā etiā qui sistit in iudicio, præstat eius de quo agitur, præsentiam, nec tamen eum exhibet. Qui mutum aut furiosum aut infantem exhibet: nō potest videri eius præstare præsentiam. Nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest. ¶ Restituit, nō tantum qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemq: redita causa præstat: & tota* restitutio, iuris interpretatio est.

¶ Caius lib. 21. l. 41.

ARmorū appellatio nō utiq: tantū scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fulcres, & lapides.

¶ Modestinus lib. 3. Pandec. l. 107.

ASsignare libertum, hoc est testificari, cuius ex liberis libertū eum esse velit.

¶ Ulpianus lib. 10. ad edic. l. 15.

Bona ciuitatis abusiue publica dicēta sunt: sola enim ea publica sūt, quæ populi Romani sunt.

Subnecte. l. eum qui. & l. inter publica. j. eodem.

¶ Modestinus lib. 5. Pandec. l. 110.

Bonz

De verbo. & rerū signifi. ff.

Bonæ fidei emptor esse videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum qui vendidit, ius putauit vendendi habere: puta procuratorem aut tutorem esse.

¶ Ulpianus lib. 58. ad edic. l. 49.

Bonorum appellatio aut ciuiliſ est, aut naturalis. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant: hoc est beatos faciunt. Beare est pdesse.

¶ In bonis autem nostris computari sciendum est, non solum quæ domini nostri sunt: sed & si bona fide à nobis possideantur, vel superficiaria sint. ¶ Aequè bonis adnumerabit, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. Nam hæc omnia in bonis esse videntur.

¶ Aphric. lib. 4. quæst. l. 208.

Bonorum appellatio, sicut hæreditatis, vniuersitatem quãdam ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.

¶ Põpo. lib. 6. ad senatuscõ. l. 89.

Boues magis armetorum, quam iumentorum nomine appellantur. ¶ Hoc sermone, dũ nupta erit: primæ nuptiæ significantur. ¶ Inter reddere,

De verbo. & rerū signifi. ff.
reddere, & ædere rationes, multum
interest: nec is qui ædere iussus est,
reliquum reddere debet. Nam & ar
*magi
strat⁹. gentarius* ædere rationē iubetur,*
*videt etiam si quod reliquum sit apud eū,
non soluat.

¶ Ulpianus lib. 25. ad edic. l. 167. 1
Carbonum appellatione materiā
non contineri, Offilius ait: Sed
an lignorum? & fortassis quis dicet
nec lignorum: non enim lignorum
gratia hæc testator habuit. Sed titio-
nes & alia ligna cocta ne fumum fa-
ciāt, vtrum ligno, an carboni, an suo
generi adnumerabimus? Et magis
est, vt proprium genus habeant. Sul-
phurata quoq; de ligno, æque ean-
dem habebunt definitionem. Ad far-
ces quoq; parata, non erunt lignorū
appellatione compræhensa, nisi hæc
fuerit voluntas. Idē est, & de nucleis
*i. nu/
cū glā
diūq;
tēstis.
*i. pi-
num
nuclei

oluarū, sed & de balanis *idem est:
vel si qui alij nuclei sunt. De pinu au-
tem integri strobili, * ligni appella-
tione continebuntur.

¶ Subnecte. l. pass. 7. co.

¶ Idem lib. 1. de adulte. l. 213.
Cedere diem, significat incipere
deberi

De verbo. & rerū signifi. ff.
deberi pecuniam. Venire diē, signifi-
cat eum diem venisse, quo pecunia
peti possit. Vbi purē quis stipulatus
fuit: & cessit, & venit dies. Vbi in
diem: cessit dies, sed nondum venit.
Vbi sub conditione: neque cessit, ne-
que venit dies pendente adhuc con-
ditione. ¶ Aes alienum est, quod nos
alijs debemus. Aes suū est, quod alijs
nobis debent. ¶ Lata culpa, est ni-
mia negligentia: id est, nō intelligere
quod omnes intelligunt.

¶ Labolenus lib. 6. ex Cassio. l. III.
Censere est constituere, & prae-
cipere. vnde etiā dicere solemus,
censeo vt hoc facias, & Senatum * ali * se
quid censuisse. Inde Censoris nomen met.
videtur esse tractum.

¶ Paulus lib. 6. l. 140.
Cepisse quis intelligitur, quanuis
alijs acquisiuit.

¶ Caius lib. 72. l. 44.
Caetera quoq; quibus viuendi * tuēdi
curā diue corporis nostri gratia
vtimur, ea appellatione significant.

¶ Conuenit infra post. l. verbo
victus.

¶ Ulpianus lib. 2. ad S. C. l. 160.
Ceterorū

De verbo. & rerū signifi. ff.

CAeterorum & reliquorū appellatione etiam omnes continentur: vt Marcellus ait: circa eum, cui optio serui legata est, ceteri Sēpro nio. Nam tētāt, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

¶ Idem lib. 60. l. 56.

Cognoscere instrumenta, est recognoscere, & recognoscere. ¶ Dispūgere, est conferre accepta & data. ¶ Liberos appellatione cōtinentur, non tantū qui sunt in potestate, sed omnes qui sui iuris sunt: siue virilis siue fœminini sexus sunt, exve fœmineo sexu descendentes.

¶ Idem lib. 38. l. 173.

Collegarum appellatione n̄ continentur, qui sunt eiusdem potestatis. ¶ Qui extra continentia vrbis est, abest: ceterum vsq; ad continentia non abesse videbitur.

¶ Idem. l. 186.

Commendare, nihil aliud est q̄ deponere.

¶ Idem lib. 12. l. 54.

Conditionales creditores dicuntur n̄, quibus nondum comperit actio, est autē competitura: vel qui
specm

De verbo. & rerū signifi. ff.
Ipem habent vt competat.

¶ Connecte. l. Creditor autē. infra
paulopost. & l. creditores. & l.
creditorum.

¶ Paulus lib. 17. l. 29.

Coniunctionem enim nonnūquā
pro disiunctione accipi, Labeo
ait: vt in illa stipulatione, mihi hære-
di pro meo: te hæredemq; tuum.

¶ Annecte supra ad. l. alienatiōis
verbum.

¶ Florentinus lib. 10. Institut. l. 209.

Orā Titio aliquid facere iussus,
non videtur præsentē eo fecisse
nisi is intelligat. Itaq; si furiosus, aut
infans sit, aut dormiat: non videtur
coram eo fecisse. Scire autem, non
etiā velle is debet: nam & inuito eo
rectē fit, quod iussum est.

¶ Paulus lib. 16. breuis edic. l. 55.

Creditor autem is est, qui exce-
ptione perpetua summoueri nō
potest. Qui autem temporalem ex-
ceptionē timet, similis est conditio-
nali creditori.

¶ Vlpianus lib. 6. ad edic. l. 10.

Creditores accipiendos esse con-
stat eos, quibus debetur ex qua-
cunq;

De verbo. & rerū signifi. ff
tuncq; actione, vel persecutione, vel
iure civili (sine vlla exceptionis per
petuę remotione) vel honorario, vel
ordinario, vel extraordinario: siue
purē, siue in diem, siue sub conditio
ne. Quod si natura tātū * debeat, et
* non est, tā- non sunt loco creditorum. Sed & si
tum. non sit mutua pecunia, sed contra
ctus, creditores accipiuntur.

¶ Caius lib. 1. ad edic. provin. l. 11.
Creditorum appellatione non s̄
tantum accipiuntur, qui pecuni-
am crediderint: sed omnes, quib⁹ ex
* qua- aliqua * causa debetur.
libet.

¶ Celsus lib. 28. ff. Forū. l. 98.
Cū bis sextus Calend. est, nihil
* non refert, vtrū priore an posteriore
est, sic die quis natus sit. & sic * deinceps
sexto calendas, eius natalis dies est.
Nam id biduum pro vno die habe-
tur: sed posterior dies intercalatur,
non prior. Ideo quo anno intercala-
tum non est, sexto calendas natus,
* calē- cū bis sextus calendas * est, priorem
dis. diem natalē habet. Cato putat men-
sem intercalarem additium esse: o-
mnēsque eius dies pro momento tē-
poris obseruat: extremōq; diei men-
sis

De verbo. & rerū signifi. ff.
ff. Februarij* attribuit Quintus Mu-
tius. Mensis autem intercalaris con-
stat ex diebus. xxix.

¶ Alphenus Varus lib. 2. dige-
storum. l. 202.

Cum in testamento scriptū esset,
vt hæredes in funere, aut in mo-
numento duntaxat aureos. c. consu-
merent: non licet minus cōsumere.
si amplius vellent, licet: neq; ob eam
rē contra testamētū facere vidētur.

¶ Paulus lib. 10. ad Plautiū. l. 81.

Cum prætor dicit, vt opus factū
restituatur: etiā dānū datū a cō-
sequi debet. Nā verbo restitutio-
nis omnis vtilitas a cōtoris cōtinetur.

¶ Idem lib. 6. imperialium senten-
tiarū in cogni. platarū. l. 240.

Cum quærebatur an verbū, solu-
to matrimonio dotem reddi: nō
tantum diuortium, sed etiam mortē
conferret: hoc est, an de hoc quoq;
casu contrahentes sentiant. & multi
putabant de hoc* sensisse: & quibus
dam alijs contra videbatur: secundū
hoc Titus* imperator pronūciauit,
Id a cōtum eo pacto, vt nullo casu re-
maneret dos apud maritum.

* attribuit.

Quintus

Mutius, Mē-

sis ait,

inter-

calaris

&c.

* non

de hoc

* motus

Cellus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Celsus lib. 32. ff. orū. l. 97.

Cum stipulamur, quāta pecunia
ex hæreditate Lucij Titij ad te
peruenit: res ipsas que peruenerūt,
nō precia earum spectare videmur.

¶ Modestinus lib. 4. Pand.
ctarum. l. 108.

Debitor intelligitur is, à quo in-
uito exigi pecunia potest.

¶ Paulus lib. 2. ad edic. § di. l. 76.

Didisse intelligendus est, etiam
is q̄ pmutauit vel cōpensauit.

¶ Terentius Clemens lib. 5. ad. l.
Iul. Papiam. l. 151.

Delata hæreditas intelligit̄, quā
quis possit adeundo consequi.

¶ Modestinus lib. 7. regula. l. 102.

Derogatur legi, aut abrogatur.
derogatur legi, cum pars detra-
hitur: abrogatur legi, cum prorsus
tollitur.

¶ Ulpianus lib. 6. l. 40.

De te-
stari,
est at-
testari

Detestatio est denunciatio fa-
cta cum testatione. ¶ Serui ap-
pellatio etiam ad ancillam refertur.

¶ Familiæ appellatione, liberi quoq̄
continentur. ¶ Vnicus seruus, fami-
liæ appellatione non continetur: nec
duo

De verbo. & rerū signifi. ff.
duo quidem familiam faciunt.

¶ Modesti. lib. 1. de præscrip. l. 106.

Dimissoriæ literæ sunt, quæ vulgo dicuntur Apostoli. Dimissoriæ autē dictæ sunt, quæ per eas causa ad eum qui appellatus est, dimittitur.

¶ Caius libro quinto. l. 12. tabularum. l. 238.

Dvobis negatiuis verbis quasi permittit lex magis, quam prohibeat. Idque etiam Seruius animaduertit. *negā
tibus.

¶ Ulpianus lib. 1. ad S. C. l. 159.

Etiam aureos nummos æs dicimus. ¶ Idem lib. 7. l. 141.

Etiam ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso utero ædere possit. Nec non etiam alio casu mulier potest habere filium quem in utero *vêtrē mortis tempore non habuit: ut puta eum qui ab hostibus captus remeavit.

¶ Caius lib. 3. ad edic. l. 16.

Eum qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus: nam publici appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit. Ciuitates enim loco priuatorum habentur. *publi
ca.

b Paulus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Paulus lib. 2. Manualiū. l. 227.

EX illa parte edicti, Eum quem
ei haredem esse oportet: hære-
dis haredibus honorū possessio non
defertur. Item in substitutione his
verbis, Quisquis hares mihi erit: p-
ximus hares tātum significatur. im-
mo nō tantum proximus hares, sed
etiā scriptus.

¶ Ulpianus lib. 24. l. 189.

* non
opor-
tere.

FAcere oportere, * & hanc signi-
ficationem habet, * & hanc signi-
ficatōnem habet, vt abstineat
quis ab eo factio, quod contra con-
ventionem fieret: & curare ne fiat.

¶ Pomponius lib. 23. l. 175.

FAciendi verbo, reddendi causa
etiā continetur.

¶ Caius lib. 16. ad edic. pro-
uincia. l. 196.

FAmilię appellatiōe, & ipse prin-
ceps familię continetur. ¶ Fce-
minarum liberos in familia earum
non esse, palam est: quia qui nascun-
tur, patris, non matris familiam se-
quuntur.

¶ Anectē ad. l. pronuntiatio.
infra eodem.

¶ Caius lib. 3. l. 235.

Ferri

De verbo. & rerū signifi. ff.

Ferri propriè dicimus, quæ quis
suo corpore baiulat: portari ea,
quæ quis iumento secū ducit: agi ea,
quæ animalia* sunt. ¶ Fabros tigna* *ansi
rios dicimus non eos dūtaxat, qui tū mātia,
gnæ dolant, sed omnes qui ædificāt.

¶ Paulus lib. 3. ad Vitellium. l. 84.

Filij appellatione omnes liberos
intelligimus.

¶ Julianus. l. 77.

Frugem pro reddito* appellari, *redi
non solum pro* frumentis, aut tu.
leguminibus, verum etiā pro eo quod *quod
ex vino, vel ex syluis cæduis, cretæ* *lapi
fodinis, lapidicinis* capiūt. ¶ Julianus *lapi
scribit, fruges omnes esse quibus ho- cedi
mo vescatur, falsum esse: non enim nis,
carnes, aut aues, ferāsve, aut poma
fruges dici. ¶ Frumentum autem id
esse, quod arista in se teneat, rectè
Gallum definisse. ¶ Lupinum verò
& fabas, fruges potius dici: quia nō
arista, sed siliqua continentur: quæ
Seruius apud Alphenum in frumē
to contineri putavit.

¶ Tryphonius lib. 1. disputa. l. 225.

Fugitiuus est, non is qui solū fu-
giendi à domino consiliū susce-
pit,

b ñ pit,

De verbo. & rerū signifi. ff.
 pit, licet id se facturū iactauerit: sed
 qui in ipsum factum fugæ, vitiū mē-
 tis* deduxit. Nā & furem, & adul-
 terum, & aleatorem, quenquā alia*
 * ini-
 tium
 mēte.
 * aliq.
 * hūc.
 significatione, ex animi propositio-
 ne cuiusq; sola dicere quis possit, eti-
 am eum, * qui nūquam alienam rem
 inuito domino subtraxerit: qui nū-
 quam alienam matrem familiās cor-
 ruperit: si modo eius mētis sit, vt oc-
 casione data id commissurus sit: ta-
 men oportere hęc eadem crimina
 assumpto actu intelligi: & ideo fugi-
 tium quoq; & erronem, non secū-
 dum propositionem solam, sed cum
 aliquo facto intelligi constat.

¶ Florentinus lib. 7. Instit. l. 211.
 Vndi appellatione omne ædifi-
 cium, & omnis ager cōtinetur.
 Sed in vsu urbana ædificia, ædes: ru-
 stica, villæ dicuntur. Locus verò sine
 * ruri.
 ædificio in vrbe, area: in rure* autē,
 ager appellatur: idēque ager cum
 ædificio, fundus dicitur.

¶ Ulpianus lib. 5. ad. l. Jul. l. 136.
 Gneri appellatiōe & neptis, &
 proneptis, tā ex filio, quā ex
 filia & ditarum, cæterarūq; maritos
 cōtineri,

De verbo. & rerū signifi. ff.
contineri, manifestum est.

¶ Idem lib. 23. ad edic. l. 188.

Habere duobus modis dicitur:
altero, iure dominij: altero, ob-
tinere sine interpellatione id, quod
quis emerit. ¶ Cautum intelligitur,
sive personis, sive rebus cautum sit.

¶ Paulus lib. 38. ad edic. l. 192.

Haec adiectio, plurisve, nō in-
finitam pecuniam cōtinet: sed
modicam duntaxat. * Adiectio hæc, * vt ta
solidorum decem plurisve, ad minu xatio
tulam summam refertur. hæc, so
lidorū

¶ Caius lib. 1. de verbo. oblig. l. 232. & c. re
ferat.

Haec enūciatio, quæ fuit pluris
haureorum triginta: simul & ferat.
quantitatis, & æstimatiōis significa-
tua est.

¶ Iulianus lib. 2. ff. forū. l. 200.

Haec stipulatio, noxijs * solutū * noxijs
præstari, non existimat ad eas * nox
noxias * pertinere, quæ publicā exe- * nox
cutionem, & coercitionem capitalē xas.
habent.

¶ Ulpianus lib. 73. ad edic. l. 69.

Haec verba, cui rei dolus malus
habuerit: generaliter compræ-
hendunt omnem dolum, quicūq; in
b in hanc

De verbo. & rerū signifi. ff.
hanc rem admissus est, de qua stipu-
latio est interposita.

¶ Proculus lib. 5. episto. l. 124.
HAec verba, ille aut ille, non so-
lum disiunctiua, sed etiā sub-
disiunctiua orationis sunt. Disiuncti-
uum est, veluti cūm dicim⁹, aut dies
aut nox est: quorum posito altero,
necesse est tolli alterum: item sublar-
to altero, poni alterum. Ita simili fi-
guratione verbum, aut, potest esse
subdisiunctiuum. ¶ Subdisiunctiuo-
rum autem genera sunt duo: vnum
cūm ex propositis finibus ita non
potest vtrunque esse, vt possit neu-
trum esse: veluti cūm dicimus, aut
sedet, aut ambulat. Nam vt nemo
potest vtrunque simul facere, ita ali-
quis potest neutrū: veluti is qui ac-
cumbit. Alterius generis est, cūm ex
propositis finibus, ita non potest
neutrum esse, vt possit esse vtrunq:
veluti cūm dicimus, omne animal
aut facit aut patitur. Nullum enim
animal est, quod nec faciat nec pati-
atur: at potest simul & pati & fa-
cere.

¶ Paulus lib. 30. l. 73.

Hac

De verbo. & rerū signifi. ff.

Haec verba in stipulatione posita, eam rem recte restitui: fructus continent. recte enim verbum, pro viri boni arbitrio est.

¶ Idem lib. 1. ad edic. l. 193.

Haec verba, quati eam rem apparet esse: non ad id, quod interest, sed ad rei aestimationem referuntur.

¶ Ulpianus lib. 62. ad edic. l. 65.

Hæredis appellatio, non solum ad proximum hæredem, sed etiã ad vteriores heredes refertur. **¶ ab uno dat, hęc heredes.**

¶ Idem lib. 30. ad S. C. l. 170.

Hæredis appellatione omnes significari successores credendū est, etli verbis non sint expressi.

¶ Pomponius lib. 3. l. 119.

Hæreditatis appellatio, sine dubio continet etiam damnosam hereditatem. iuris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.

¶ Paulus lib. 4. ad l. lul. l. 138.

Hæreditatis appellatio e, bonorum quoq; possessio continet.

¶ Pōpo. lib. 8. ad Q. Mutiū. l. 122.

De verbo. & rerū signifi. ff.

*Ser-
ui ait.

HErennius ait, *si ita scriptū sit, do: masculis dūtaxat tutores datos: quoniam à singulari casu, hoc est filio, ad pluralem videtur trāsisse, cōtinentem eundem sexum, quem singularis casus prior posuit habuisset. Sed hoc facti, non iuris habet quæstionē. Potest enim fieri vt in singulari casu de filio senserit: deinde plerūq; omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit: quod magis rationabile esse videtur.

*non
est, ca-
sus.

¶ Caius lib. 10. ad l. Iul. Pap. l. 152.

Hominis appellatione tam fœminam, quam masculum contineri, non dubitatur.

¶ Pōpo. lib. 2. ad Qu. Mutiū. l. 118.

Hostes n̄ sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellū decreuimus: ceteri latrones, aut p̄dones, sūt.

¶ Vlpianus lib. 9. l. 143.

ID apud se quis habere videtur, de quo habet actionē: habetur enim, quod peti potest.

¶ Idem lib. 66. ad edic. l. 68.

Illa verba, arbitrato Lucij Titij fieri: ius significant, & in seruam non

De verbo. & rerū signifi. ff.
non cadunt.

¶ Paulus lib. 2. ad edic. l. 161.

Illa verba, optimus maximusque
est: vel in eum cadere possunt, qui
solus est. Sic & circa edictū prae-
toris supremæ tabulæ habetur etiā so-
la. ¶ Pueri appellatione etiā puella
significatur. Nā & foeminas puerpe-
ras appellant recentes ex partu: &

*.i. hic
& hęc
puer.

¶ Idem lib. 3. ad Plaut. l. 79.

Impensæ necessariæ sunt, quæ si fa-
ctæ non sint, res aut peritura, aut
deterior futura sit. ¶ Vtiles impen-
sas esse, Fulcinius ait, quæ meliorem
dotem faciant, deteriore esse non
finant: ex quibus redditus * mulieri
acquiratur: sicuti arbusi pastinatio-
nes ultra quàm necesse fuerat: item
doctrinam puerorum, quarum * no-
mine onerari mulierem ignorantem
vel inuitam non oportet, ne coga-
tur fundo, aut mancipijs carere. In
his impensis & pistrinum & horre-
um insulæ dotali adiectum plerun-
que dicimus. ¶ Voluptariæ sunt quæ
speciem duntaxat ornant, non etiā *
fructum augent: vt sunt viridaria,
aquæ

* redi-
tus.
*.i. im-
pensa-
rum.
aliās,
quorū
scilicet
puero-
rum.
* non
et.

De verbo. & rerū signifi. ff.
aquæ salientes, incrustationes, locu-
cationes, picturæ.

¶ Papinianus lib. 2. respōso. l. 219.

In conuentionibus contrahētium
voluntatem potius, q̄ verba spe-
ctari placuit. Cum igitur ea lege fū-
dum vectigalem municipes locaue-
rint, vt ad hæredem ei⁹, qui susceperit,
pertineret: ius hæredum ad lega-
tarium quoq; transferri potuit.

¶ Paulus lib. 9. ad Plautiū. l. 80.

In generali petitione legatorum,
etiam datæ libertates continētur,
ex mente legis duodecim tabularū.

¶ Ulpianus lib. 2. ad edic. l. 3.

*itinē-
ri.

In itinere *faciendo viginti milia
passuum in dies singulos peragē-
da, sic sunt accipienda, vt si post hæc
dinumerationē, min⁹ quā̄m viginti
milia supersint, integrum diē occur-
pent: veluti si. xxj. milia passuū sūt,
biduum eis attribuetur: quę dinume-
ratio ita demū colligenda *erit, si de
die non conueniat. ¶ Eius qui apud
hostes decessit, dici hæreditas nō po-
test, quia seruus decessit.

*faciē-
da.

¶ Alphenus Varus lib. 8. di-
gestorum. l. 203.

In lege

De verbo. & rerū signifi. ff.

In lege censoria Portus Sicilię ita scriptū erat, Seruos quos domū quis duceret suo vsu, pro his portorū ne dato. Quærebatur si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruēdi causa: utrū pro his hominibus * portorium dare deberet, nec * oib9.
ne? Respondit duas esse in hac scriptura quęstiones. primā, quid esset, domū ducere: alterā, quid esset, vsu suo ducere. Igitur quæri solet * utrū * sole-
vbi quisq; habitaret, siue in provin- re.
cia, siue in Italia: an duntaxat in sua cuiusque ciuitate aut * patria * domi * non
esse rectē diceretur? Sed de ea re re- est ciui-
ctē cōstitutū esse, eā domū vnicuiq; tate,
nostrum * ibi debere existimari, vbi aut.
quisq; sedes & tabulas haberet, sua * pro-
rimque rerum constitutionem fecis- uincia.
set. ¶ Quid autem esset, vsu suo, ma * non
gnam habere dubitationem. Et ma- est, no-
gis placere quod victus sui causa pa- strū.
ratum esset, tantum cōtineri. ¶ Itēq;
de seruis eadem ratione quæri, qui
eorum vsus sui causa parati essent,
vtrum dispēsatores, insularū, villici, * an-
atrienses, textores, & * operarij quo-
que rustici, qui agrorum colēdorū
causa

De verbo. & rerū signifi. ff.

*ser-
uos.

causa habentur, ex quibus agris par-
terfamiliās fructus caperet, quibus
se toleraret: omnes denique serui* quos
quisque emisset ut ipse haberet, atque
eis ad aliquam rem vteretur, neque
ideo emisset ut venderet? Et sibi vi-
deri, eos demum usus sui causa par-
terfamiliās habere, qui ad eius cor-
pus tuendum, atque ipsius cultum
prepositi destinatique essent: quo
in genere vectores, *cubicularij, cor-
res, ci, administratores, atque alij qui ad
eiusmodi usum parati essent, nume-
rarentur.

*i. fi-
nitio-
num.

¶ Quintus Mutius. lib. singu-
lari *de p. v. l. 241.*

IN raris & caesis ea sunt quae terra
non tenentur, quaeque opere structi-
li tectoriove non continentur.

¶ Celsus lib. 35. ff. de i. l. 158.

IN usu iuris frequenter uti nos, Cas-
selius ait, singulari appellatione,
cum plura generis eiusdem signifi-
care volumus. nam multum hominem
venisse Romam, & piscem vilem
rede. esse dicimus. ¶ Item in stipulando sa-
alias, tis habemus heredem* cauere, (si ea
heredi res secundum me, haeredemve meum
iudicata

De verbo. & rerū signifi. ff.
iudicata erit.) & rursus, (quod ob
eam rem te hæredemve tuum.) nē
pe æque si plures hæredes sint, cō-
tinētur stipulatione.

¶ Pōponi 9. lib. 2. ad S. C. I. 163.

In vulgari substitutione, qua ei, q̄
supremus morietur, hæres substi-
tuitur: rectē substitut⁹ * etiam vnico * sub-
intelligitur, exemplo legis duodecim stituūt
tabularum, ex quibus proximus a-
gnatus, etiam solus habetur. ¶ Si
quis ita in testamento scripserit, Si
quid filio meo acciderit, Dama ser-
uus me⁹ liber esto: mortuo filio Da-
ma liber erit: licet enī accidat & vi-
uis, attamen vulgari sermone etiam
mors significatur.

¶ Paulus lib. 28. l. 184.

In de tabernacula, & contuberna-
les dicti sunt.

¶ Connecte. l. tabernæ. infrà &
l. instructam.

¶ Vlpianus lib. 1. ad edic. l. 197.

Indicasse reum, est detulisse, ar-
guisse, accusasse, & conuicisse.

¶ Vlpianus. l. 45.

Instrato omne vestimentū conti- * In
Ineri quod inñciatur, Labeo ait: stratū,
Neq̄

De verbo. & rerū signifi. ff.
Nec enim dubium est, quin stragula
sit o) la veltis sit omne palliū, quod Græ
mne ci *στρωμα** vocant. In victū* ergo
perī/ vestē accipiemus, non stragulam: in
stro/ stratum, * omnem stragulam vestē.
ma. ¶ Vlpianus lib. 28. ad edic. l. 185.
In &c. **I**Nstructam autem tabernā sic ac
*victū **I**cipimus, quæ & reb⁹ & homini⁹
*i stra bus ad negociationē paratis, *cōstat
zum. ¶ Teren. Clemens lib. 12. ad. l.
*para Iul. Papiam. l. 153.
ta. **I**Ntelligendus est mortis tempore
fuisse, qui in vtero relictus est.
¶ Paulus lib. 35. l. 191.

INter diuortium & repudiū hoc
interest, q̄ repudiari etiam futu
rum matrimonium potest: nō rectē
autem spōsa diuertisse dicitur, quod
diuortiū ex eo dictū est, quod in di
uersas partes eunt qui discedunt.

¶ Paulus lib. 44. ad edic. l. 194.
INter donum & munus hoc inter
est, quod inter genus & speciem.
Nam genus esse donum Labeo ait,
à donando dictum: munus speciem.
nam munus esse donum cum causa:
vtputa natalitium, nuptiarium.
¶ Vlpianus lib. 51. ad edic. l. 179.
Inter

De verbo. & rerū signifi. ff.

Inter hæc verba, quāti ea res erit,
vel quāti eā rē esse apparet: *nihil interest: in vtraq; enim clausula placet veram rei æstimationē fieri. *pa
rec.

¶ Labolenus lib. 1. ex posterioribus Labeonis. l. 217.

Inter illam conditionem, cum facti potuerit: &, postquam facti potuerit: multum interest. nā posterior scripturam vberiore esse constat: cum facti potuerit, arctiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primum facti possit. ¶ Ita datam conditionem, illud facito in diebus: si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo impleri oportet.

¶ Ulpianus lib. 10. ad edic. l. 17.

Inter publica habemus nō sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vfi- bus sunt destinata: sed si qua sunt ciuitatū, velut bona, *seu peculia *seruorum ciuitatū, proculdubio publici- uorum ciuitatū, publica vectigalia in- telligere debemus, ex quibus vecti- gal fiscus capit: quale est vectigal por- tus, vel vernalium rerū: item salina- rum, & metallorum, & piscariarū. *velut
ciuita-
tum
bona.
*sed &
pecu-
lia.

¶ Modestinus lib. 8. differē. l. 101.

Inter

De verbo. & rerū signifi. ff.
Inter stuprum & adulterium hoc
interesse quidam putāt, quod ad
dulterium ī nuptam, stuprum in vir-
duam & in virginem committitur.
Sed lex Iulia de adulterijs hoc ver-
bo indifferentē vtitur. ¶ Diuortium
inter virum & vxorem fieri dicitur:
repudium verò sponsę remitti vide-
tur: quod & in vxoris personam nō
absurdē cadit. ¶ Verum est, morbū
esse temporalem corporis imbecillit-
tatem: vitium verò perpetuum cor-
poris impedimētum, veluti si luscus
sit. Nā & luscus vtique vitiosus est.
¶ Seruis legatis etiam ancillas debe-
ri quidam putant, quasi commune
nomen vtrunque sexum contineat.

¶ Paulus libro quarto ad
Plaut. l. 78.

Interdum proprietatem quoque
verbum possessionis significat: si-
cut in eo, qui possessiones suas legas-
set, responsum est.

¶ Paulus lib. 66. ad edic. l. 64.

Intestatus est, non tantum qui tes-
tamentum non fecit, sed etiam
ta non est.

Martianus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Martianus lib. 7. Institutio-
tionum. l. 210.

IS qui natus est ex mācipiis vrba-
nis, & missus est in villā nutrien-
dus: in vrbanis seruis constituitur.

¶ Iulianus lib. 31. ff. de iur. l. 201.

Ista interpretatione recipiendum
est, vt appellatione filij, sicuti filiā
familiās contineri sepe respondim⁹,
ita & nepos videatur comprehēdi:
& patris nomine, auus quoque de-
monstrari intelligatur.

¶ Paulus lib. 8. ad edic. l. 14.

Labeo & Sabinus existimant, si
vestimentum scissum reddatur,
vel res corrupta reddita sit, veluti
scyphi collisi, aut tabula rasa pictur-
ra, videri rem abesse: quoniam earū
rerum precium nō in substantia, sed
in arte sit positum. ¶ Item si domin⁹
rem quæ sibi furto aberat, ignorans
emerit: rectē dicitur res abesse, etiā
si postea id ita esse scierit: quia vide-
tur res ei abesse, cui precium abest.

¶ Rem amisisse videtur, qui aduer-
sus nullum, eius rei persequendæ ac-
tionem habet.

¶ Vlpianus lib. 20. l. 19.

c Labeo

De verbo. & rerū signifi. ff.

Labeo libro. i. prætoris Urbani
definit, q̄ quædā agantur, quæ
dam gerantur, quædam contrahantur:
& actum quidem generale verū
bū esse: siue verbis quid agatur, vt
in stipulatione: siue re, vt in numeratione
pecuniæ. ¶ Contractum autē,
¶ Aliās, quē. s. cōtra-
ctum. ¶ i. mu-
tuū factum
obligatoriū.
¶ Greeci συνάλλαγμα* vocāt: veluti em-
ptionem, venditionem, locationem,
cōductionem, societatem. ¶ Gestum
autem, rem significare sine verbis
factam.

¶ Paulus lib. 4. senten. l. 223.
Latæ culpæ finis est, non intelligi
gere id quod omnes intelligūt.
¶ Amicos appellare oēs debemus,
non leui notitia coniunctos: sed qui-
bus fuerint iura cum patrefamiliās
honestis* familiaritatis quæ sita ratio-
nibus.

¶ Ulpianus lib. 2. ad. l. lul. Pa-
pianam. l. 130.

LEge obuēire hæreditatem, non
quæ ex testamento defertur: quia le-
ge duodecim tabularum testamen-
tariæ hæreditates confirmantur.
Paulus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Paulus lib. 56. ad edic. l. 47.

Liberationis verbum, eādem vim
habet, quam solutionis.

¶ Callistratus. lib. 2. Quæstio
num. l. 220.

Liberorum appellatiōe, nepotes,
& pronepotes, cæteri q̄ qui ex
his descendūt, continentur. hos enim
omnes liberorum appellatione lex
duodecim tabularum comprehendit.
Toties enim leges necessariū dicūt * du
cognitionum singularum * nomini cunt.
bus uti: veluti filij, nepotis, pronep * in co
tis, cæterorumve, qui ex his descen gnatio
dunt: quoties non omnibus, qui post ne, sine
eos sunt, præstitum voluerint, sed so gulo
lis n̄s succurrerēt * quos nominatim rum.
enumerarent. * At ubi non personis * suc
certis, nō quibusdam gradibus præ currēt
statutur, sed oībus qui ex eodē genere * enu
orti sunt, liberorū appellatione com merāt
prehēdūtur. ¶ Sed & Papyrius Frō * Frō
toni * libro tertio respōsorū ait: Præ to.
dio cum villico, & cōtubernali eius,
& filijs legato, nepotes quoq̄ ex fi
lijs contineri: nisi voluntas testatoris
aliter se habeat. filij enī appellatione
sæpe & nepotes accipi, multifariām

c n̄ placere.

De verbo. & rerū signifi. ff.

placere. ¶ Diuus quoq; Marcus re-
scripsit, non videri sine liberis defun-
ctum, qui nepotem suum hæredem
reliquit. ¶ Præter hæc omnia, natura
nos quoq; docet, parentes pios, qui
liberorum procreādorū animo &
* aliās, voto vxores ducimus, * filiorum ap-
ducūt. pellatione omnes, qui ex nobis descē-
* cōti- dunt continere. * Neque enim dul-
neri. ciori nomine possumus nepotes no-
stros, quàm filij appellare. Etenim
idcirco filios filiāsve concipimus, at-
que ædimus, vt ex prole eorum car-
rumve, diuturnitatis nobis memoriā
in æuum relinquamus.

¶ Vlpianus lib. 38. l. 172.

Liberti appellatione, etiam liber-
tam contineri placuit.

¶ Modesti. lib. 8. Regularū. l. 103.

Licet capitalis, Latine loquenti-
bus, omnis causa existimationis
videatur: pœnæ tamē appellatio ca-
pitalis, mortis, vel amissionis ciuita-
tis, intelligenda est.

¶ Caius lib. 32. ad edic. pui. l. 58.

* .i. a. **L**icet inter gesta & facta, videat
busiue attamē *κατακρησις καὶ* * inter gestū &
factum,

De verbo. & rerū signifi. ff.
factum, nihil interest. ¶ Paternos li-
bertos, rectē videmur dicere nros li-
bertos: liberorū verò nostrorū liber-
tos, nō rectē nostros libertos dicim⁹

¶ Ulpianus lib. 22. l. 36.

Litis nomen, omnem actionē si-
gnificat: siue in rem, siue in per-
sonam sit.

¶ Celsus lib. 25. ff. de iur. l. 96.

Littus est quousq; maximus flu-
ctus à mari peruenit. * idq; Mar * proe
cum Tullium aiunt, cum arbiter es uenit.
set, primum constituisse. ¶ Prædia di-
cimus aliquorum esse, non utiq; cō-
muniter habentium ea, sed vel alio
aliud habente.

¶ Labo. lib. 11. ex Cassio. l. 112.

Littus publicum est eatenus, qua
Litenus maximē fluctus exēstuat
& effluit. Idem iuris est in lacu, nisi
is totus priuatus est.

¶ Ulpianus lib. 68. ad edic. l. 60.

Locus est non fundus, sed portio
Laliqua fundi. Fundus autem in-
tegrum aliquid est: & plerunq; lo-
eum * sine villa accipimus. Cæterum * fūdū
adeo opinio nostra & cōstitutio lo-
cum à fundo separat, ut & modic⁹
c iñ locus

De verbo. & rerū signifi. ff.
locus possit fundus dici, si fundi ante
mo eum habuerimus. Nō enim ma-
gnitudo locum à fundo separat, sed
nostra affectio. Et quęlibet portio fū-
di poterit fundus dici, si iam hoc cō-
stituerimus. Necnon & fundus, lo-
cus cōstitui potest. Nam si eum aliq̄
adiunxerimus fundo, locus fundi ef-
ficietur. ¶ Loci appellationē non so-
lum ad rustica, verū ad urbana quo-
que prædia pertinere, Labeo scri-
bit: sed fundus quidem suos habet fi-
nes: locus verò latere potest, quate-
nus determinetur & definiatur.

¶ Paulus lib. 1. Manualiū. l. 226.

Magna negligentia, culpa est:
magna culpa, dolus est.

Licinius lib. 10. Regularū. l. 156.

Maiore parte anni possedisse
quis intelligitur, etiā si duobus
mensibus possederit: si modo aduersus
sarius eius aut paucioribus diebus,
aut nullis possederit.

¶ Labolenus lib. 2. ex posterior.

Labeo. l. 242.

Malum, nauis esse partē: arte-
monem autē non esse, Labeo
ait: & verius est: quia plerūq̄ naues
sine

De verbo. & rerū signifi. ff.

sine malo inutiles esset: ideoque pars
navis habetur. artemon autē magis
additamentū, quā pars navis est.
¶ Inter proiectū, & immissum, hoc
interesse Labeo ait: quod proiectū
esset id, quod ita protenderetur, *vt
nusquā quiesceret: qualia Meniana
heret.
& Suggrundia essent. ¶ Immissum
autē, quod ita fieret, vt aliquo loco
quiesceret: veluti tigna, trabesque,
quæ imiterentur. ¶ Plumbum autem
quod pro tegulis poneretur, ædificij
esse, ait Labeo: sed id quod hypethrū
tegendī causa poneretur, cōtrā esse.
¶ Viduam non solum eam, quæ ali
quando nupta fuisset: sed eā quoque
mulierem, quæ virum nō habuisset,
appellari, ait Labeo: quia vidua sic
dicta est, quasi vecors, vefanus: quī
sine corde, aut sine sanitate esset. si
militer viduam esse dictā, quasi sine
dicitate. ¶ Structuram loci alicui ex
tabulis factā, quæ æstate tolleretur: *tolle
& hyeme reponeretur: *ædium esse
ait Labeo: quoniam perpetuo vsui
parata esset: neque ad rem pertinere
quod interim tolleretur. *reponeretur.
*tolle
reitur.

¶ Ulpianus lib. 5. ad edic. l. 9.
c. iij. Marcellus

De verbo. & rerū signifi. ff.
Marcellus apud Iulianum tra-
& scissum & fractum contineri, &
vi raptum.

¶ Paulus lib. 10. ad. l. lul. Pa-
pian. l. 144.

Masurius scribit lib. Memorabi-
lium, pellicem apud antiquos
eam habitam, quæ cum vxor nō es-
set, cum aliquo tamen viuebat: quā
nunc vero nomine amicā, paulo ho-
nestiore, concubinā appellari. Caius
Flaccus, in libro de iure Papyriano,
scribit, pellicem nunc vulgo vocari,
quæ cum eo, cui vxor sit, corpus mi-
sceat: quosdam eam, quæ vxoris loc-
co sine nuptiis in domo sit: quā Græ-

7. i. pel-
licē. 27.

ἡται

παν, id

est, a

amicā.

¶ Paulus lib. 2. fidei cō. l. 91.
Meorum & tuorū appellatiōe,
actiones quoque contineri di-
cendum est.

¶ Ulpianus lib. 66. ad edic. l. 66.
Mercis appellatio, ad res mo-
biles tantum pertinet.

¶ Aphric. lib. 4. Quæstionū. l. 207.
Mercis appellatione, hoies non
cōtineri, Mela ait: & eb eā ré
mangones,

De verbo. & rerū signifi. ff.
mangones, nō mercatores, sed va-
nalitarios appellari ait: & rectè.

¶ Martianus lib. 1. l. 154.

Mille passus non à muro *urbis, *inilia
sed à continentibus ædificijs rio.
numerandi sunt.

¶ Paulus lib. 23. l. 32.

Minus solutū intelligitur, etiam
si nihil esset solutum.

¶ Idem lib. 12. Respon. l. 105.

Mo destinus respondit: his ver-
bis, libertis libertabñsq; meis,
libertum libertæ testatoris non con-
tineri.

¶ Iabo. lib. 14. ex Cassio. l. 113.

Morbis fonticus est, qui cuiq; *qui-
rei *nocet. cunq;
rei.

¶ Celsus lib. 24. digestorū. l. 93.

Mouentium, item mobiliū ap-
pellatione, idē significamus:
si tamen *apparet defunctū anima * si nō
lia dūtaxat, quæ per seipsa mouerē, * quæ
tur, * mouētia vocasse. qđ verū est. seipsa
moue-

¶ Caius lib. 7. ad edic. l. 13.

Mulieris appellatione, etiā vir-
rent. go viri potens continet. ¶ Res alic, qd
abesse vident (vt Sabinus ait, & Per seipsa
dius probat) etiam eæ quarum cor- &c.
pus

De verbo. & rerū signifi. ff.
pus manet, sed forma mutata est. &
ideo si corrupte reddite sint, vel trā
figurata, videri abesse: quoniam ple
runcq; plus est in manus precio, q̄ in
re. ¶ Desinere autem abesse res tunc
videtur, cum sic redit in potestate,
ne amittere eius possessionem pos
simus ob hoc quod furto pridē sub
tracta est. ¶ Abest & ea res, quæ in
rebus humanis non est.

*neces
sitate,
iure, of
ficio,
sed
&c.

¶ Paulus lib. singula. cogni
tio. l. 228.

Municipes intelligendi sunt, &
n̄ qui in eodē municipio nati
sunt.

¶ Martia. lib. i. publi. iudic. l. 214.

*nulla
necessi
tate iu
ris, of
ficio &
sponte
prestā
tur.
* vt
quod
cuncq;
* id &
Munus proprie est, quod neces
sario subimus, lege, more, im
periove eius qui iubēdi habet pote
statē. Dona autem proprie sunt, quæ
nulla necessitate * iuris, officiove,
sed spōte præstātur: * quæ si nō præ
stentur, nulla reprehensio est: & si
præstentur, pleruncq; laus est. Sed in
hoc ventum est, vt non quodcuncq;
mun⁹, idē * donū accipiatur: at quod
donū fuerit, id mun⁹ rectē dicatur.

¶ Paulus lib. 9. l. 18.

Munus

De verbo. & rerū signifi. ff.

MVnus tribus modis dicitur: uno, donū: & inde munera dici datur mittive. Altero: onus, quod cum remittitur, vacationem militiæ munerisq; præstat. inde immunitatem appellari. Tertio, officiū: unde munera militaria: & quosdam milites munifices vocari. Igitur municipes dici, quod munera civilia capiant.

*municos.

¶ Caius lib. 10. ad. l. lul. Pa-
pian. l. 149.

NAm quæ sine liberis esse dicere non possumus: hunc necesse est ut dicamus liberos habere.

¶ Conuenit. j. l. non est sine.

¶ Modestinus libro secundo excusationum. l. 104.

ἢ τῶν τέκνων προσήγορις καὶ ἐπιτρεῖς ἰγγόνους ἐκτινεταί. id est,

Natorum appellatio, & ad nepotes extenditur.

¶ Ulpianus lib. 42. l. 177.

Natura cauillationis, quæ Græci **.i. cō-sōφισμα** appellauerunt, hæc est, mentū vt ab euidenter veris, per breuissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, pducatur.

*.i. cō-cauillatoriū.
*pducatur.

¶ Proculus lib. 1. episto. l. 125.

Nepos

De verbo. & rerū signifi. ff.

NEpos Proculo suo salutem. Ab eo qui ita dotem tibi promissit: cum commodū erit, dotis filiaē meae tibi erunt aurei. c. putasne protinus nuptiis factis, dotē peti posse? Quid si ita promississet: cum potuero, doti erunt tibi. c. Quod si aliquā vim habeat posterior obligatio (possit) verbum, quomodo interpretaris, vtrū exre alieno deducto, an extante? Proculus. Cum dotē quis ita promissit, Cum potuero, doti tibi erunt. c. existimo ad id quod actum est, interpretationem esse redigendam. Nā qui ambigūe loquitur: id loquitur, quod ex his quae significantur, sensit. Propius est tamen, vt eum hoc sensisse existimē, quod deducto aere alieno potero. Potest & illa accipi significatio, cum salua dignitate mea poterō, quae interpretatio magis accipiēda est, si ita promissum est, cum commodum erit: hoc est, cum sine incommodo meo potero.

* pro-
prius.
* alia.

¶ Marcellus lib. 1. florū. 1. 85.

Neratius Priscus tres facere existimat collegium. & hoc magis sequendum est.

[C] Calus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Caius lib. 7. ad edic. pro-
uincia. l. 24.

Nihil aliud est hæreditas, q̄ suc-
cessio in vniuersum ius, quod
defunctus habuit.

¶ Vlpianus lib. 15. ad S. C. l. 164.

Nomen filiarum, & in posthu-
mā cadere, quæstionis non est:
quanuis posthumę non bene cadere
in eam, quæ iā in rebus humanis est,
certū sit. Portionis nomen non sem-

per dimidium *significat: sed prout *dimi-
adiectum est. Potest enim iubere ali- diam.
quis & maximam partem *partiri: *deest
potest & vicesimam, & tertiam: & partē.
prout libuerit. sed si nō fuerit portio
adiecta, dimidia pars debetur. ¶ Ha-
bere, sicut peruenire, cū effectu acci-
piendum est.

¶ Vlpianus lib. 3. ad edic. l. 6.

Nominis & rei appellatio ad o-
mnem contractum & obliga-
tionem pertinet. ¶ Verbum, ex legi-
bus, sic accipiendum est: tam ex le-
gum sententia, quam ex verbis.

¶ Paulus lib. 7. ad S. C. l. 162.

Non est pupillus, q̄ in vtero est.

¶ Caius li. 8. ad l. lul. Pap. l. 148.

Nota

De verbo. & rerū signifi. ff.

Non est sine liberis, cui vel vnta filius, vnāve filia est. hęc enim enunciatio, (habet liberos, nō habet liberos:) semper p̄ pluraliō numero plurali numero profertur, sicut & pugillares & codicilli.

¶ Connecte hic. l. nam quem. 8.

¶ Modestinus lib. 8. epistol. l. 117.

Nis, aduersus quē amplioris sūmæ actio non competit.

¶ Paulus lib. 5. ad S. C. l. 169.

Non tantū in traditionibus, sed etiā in emptionibus, stipulationibus, & testamentis adiectio hęc, vti optim⁹ maxim⁹ que est, hoc significat, vt liberū prestetur predictū non vt etiā seruitutes ei debeantur.

*puta
Galliā
& p̄
uinciā
Siciliā
&c.

¶ Vlpia. lib. 1. de offi. p̄cō. l. 99.

Notionē accipere debemus, & cognitionem, & iurisdictionē.

aliās,
Sed &
p̄uini
ciā Si
ciliā,
&c.

¶ Cōtinētes provincias accipere debem⁹ eas, quę Italiae cōiunctę sunt.

*vtputa Galliā: & provinciā Siciliā magis inter continentes accipere nos oportet, quę modico freto ab Italia diuidit.

¶ Instrumentorū appellatione quę comprehendantur, perq̄

difficile

De verbo. & rerū signifi. ff.

difficile erit separare. Quæ em̄ proprie sint instrumēta, ppter quæ dilatio danda sit, inde cognoscemus, * si in præsentia * personæ quæ instruere possit, dilatio petatur, puta eius qui actū gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus, putem videri instrumentorū causa peti dilationē.

* vnde
cogno
scem?
* præ
sentia.

¶ Caius lib. 61. ad edic. l. 50.

N Vrus appellatio, etiam ad p^rurum & ultra porrigenda est.

¶ Ulpianus lib. 25. l. 38.

O Stentū Labeo definit, esse om̄e cōtra naturam cuiusq; rei genitū factūq;. Duo genera sunt ostētorū: vnum quotiēs quid contra naturam nascitur, trib⁹ manibus fortē aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. Ali⁹ terum, cum quid prodigiosum videtur, quomō * Græci φάσματα * vocāt.

* qd.
* i. p^r
digia.

¶ Ulpianus lib. 25. ad edic. l. 33.

P Alam, est coram pluribus.

¶ Paulus lib. 4. ad S. C. l. 168.

P Ali & pertice, in numerū materiæ redigēdi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

¶ Aeli⁹ Gallus de verborū, quæ ad
ius

De verbo. & rerū signifi. ff.
ius pertinent, significatione. l. 157.

* ma-
teria. **P**aries est, siue murus, siue mace-
ria* est. Item via est, siue semita,
siue iter est.

¶ Ulpianus lib. 6. l. 26.

Partum non esse partem rei fut-
tūæ, Scæuola lib. xj. Questionū
scribit.

¶ Ulpianus lib. 27. ad edic. l. 182.

* aliās
istalex
icipit,
Liber. **P**aterfamiliās* peculium habere
non potest, quemadmodum nec
seruus bona.

¶ Ulpianus lib. 63. l. 52.

Patroni appellatione, & patrona
continetur.

¶ Paulus lib. 10. Respon. l. 221.

Paulus respōdit falsum tutorem
eum verè dici, qui tutor non est;
siue habenti tutorem datus est, siue
non: sicut falsum est testamentum,
quod testamentum non est; & mo-
dius iniquus, qui modius non est.

¶ Paulus lib. 2. ad edic. l. 4.

Pecuniæ appellatione rem signi-
ficari Proculus ait.

¶ Subnecte hic. l. Rei appel. 5. eo.

¶ Hermogenianus lib. 2. iur.
epitom. l. 222.

Pecunia

De verbo. & rerū signifi. ff.

Pecuniæ nomine, non solū numerata pecunia, sed omnes res, tam soli quā mobiles, & tam corpora quā iura continentur.

¶ Ulpianus lib. 48. ad S. C.

l. 178.

Pecuniæ verbum, nō solū numeratam pecuniam complectitur, verumetiā omnē omnino pecuniā, * potē-
hoc est omnia corpora. * Nā corpora-
ra * quoq; pecuniæ appellatione cō- * cor-
tineri, nemo est qui ignoret. * ¶ Hæ- * ab
reditas nomen iuris est, quod & ac- * pro-
cessionem, & decessionem in se reci- * bet.
pit. ¶ Hæreditas autem vel maxime
fructibus augetur. ¶ Actionis verbū
& generale est, & speciale. Nam a-
ctio dicitur omnis, siue in personā,
siue in rem sit, petitio. Sed plerunq;
actiones personales solemus dicere.
¶ Petitionis autem verbo, in rem a-
ctiones significari videntur. ¶ Perse-
cutionis verbo, extraordinarias per-
secutiones puto contineri: vtputa fi-
deicommissorum, & si quæ alię sunt,
quæ non habent iuris ordinarię exe-
cutionem. ¶ Hoc verbum, debuit,
omnem omnino actionem compre-
d hendere

De verbo. & rerū signifi. ff.
hendere intelligitur, siue ciuilis, siue
*fidei, honoraria, siue fideicommissaria *
com- fuerit persecutio.
missi.

¶ Vlpianus. l. 63.

Penes te, ampli⁹ est quā, apud
te. Nam apud te est, quod qua
litercunq; à te tenetur: penes te est,
quod quodāmodo à te possidetur.

¶ Pomponius lib. 16. l. 171.

Peruenisse ad te rectē dicitur, qđ
per te ad alium peruenierit: vt in
hæreditate à liberto per patronum
filium familiās patri ei⁹ adoptiuo ac
quisita, responsum est.

¶ Caius lib. 6. ad. l. 12. tab. l. 237.

Plebs, est ceteri ciues sine Senato
ribus. ¶ Detestatū, est cum testat
tione denūciatū. ¶ Pignus appella
tum est à pugno: qđ res quę pignori
dantur, manu tradunt. Vnde etiā
videri potest verū esse, quod quidā
putant, pignus proprie rei mobilis
*noxie constitui. ¶ Noxæ * appellatione, or
mine delictum continetur.

¶ Caius lib. 4. l. 22.

Plus est in restitutione, qđ in exhi
bitione. Nam exhibere, est præ
sentiam corporis præbere: restituere,
est etiam

De verbo. & rerū signifi. ff.

est etiam possessore facere, fructus
que reddere: plurāq; *præterea ressi *ple
tutionis verbo continentur. raq.

¶ Ulpianus lib. 66. l. 59.

Portus, appellat⁹ est cōclusus lo- *statio
cus, quo importatur merces, & est.
inde exportantur: eaque nihilomin⁹ *deest
statione* conclusa atq; munita sūt. * sunt.
Inde angiportum dictum est. sus.

¶ Martianus *lib. 20. ff. orū. l. 95. *Cel

Potest reliquorum appellatio, & sus.
vniuersos significare.

¶ Paulus lib. singul. ad. l. Fusiam
Caniniam. l. 215.

Potestatis uerbo, plura significā-
tur: in psona magistratū, impe-
rium: in persona liberorū, patria po-
testas: in persona serui, dominiū. At
cum agim⁹ de noxæ deditioe, cum
eo qui seruū non defendit: præsentis
corporis copiā facultatēq; signifi-
camus. ¶ In lege Atinia in potesta-
tē domini rem furtiuā uenisse uide-
ti, si ei⁹ uendicandæ potestatē habue-
rit, Sabinus & Cassius aiunt.

¶ Ulpianus lib. 1. de adul. l. 212.

Præuicatores eos appellamus,
qui causam aduersarij suis do-
d n̄ nant:

De verbo. & rerū signifi. ff.
nant: & ex parte actoris in partem
rei concedunt. A varicando enī prę
uaricatores dicti sunt.

¶ Idem lib. 8. ad edic. l. 31.

PRatum est, in quo ad fructū per
cipiendum falce duntaxat opus
est: ex eo dictū, quod paratum sit ad
fructum capiendum.

¶ Paulus lib. 11. l. 21.

PRinceps bona concedēdo, vide
tur etiā obligationes concedere.

¶ Ulpianus. lib. 54. l. 46.

PRonūciatum & statutum idem
dici potest: promiscue enim &
pnūciasse, & statuisse solemus dice
re eos, qui ius habent dicendi & co
gnoscēdi. ¶ Matrem fa. accipere de
bemus eā, quæ non inhonestē viuit.
Matrem enim fa. à cæteris feminis
mores discernunt atq; separant. p
inde nihil intererit, nupta sit, an vi
dua: ingenua, an libertina: nam neq;
nuptiæ, neq; natales matrem fa. fa
ciunt, sed boni mores.

¶ Paulus lib. 46. ad edi. l. 195.

PRonūciatio sermonis in sexu ma
sculino, ad vtruncq; sexū plerūq;
porrigit. ¶ Familiæ appellatio qua
litet

De verbo. & rerū signifi. ff.

liter accipiatur, videamus. & quib
dem variè accepta est. Nā & in res,
& in personas diducitur. In res, vt
puta in lege duodecim Tabularum,
his verbis: Agnatus proximus fami
liam habeto. Ad personas autē re
fertur familiæ significatio, ita cum
de patrono & liberto loquitur lex
familiæ: * Ex ea, inquit, in eam fami
liam. * Et hic de singularibus perso
nis legē loqui constat. ¶ Familiæ ap
pellatio, refertur & ad corporis cu
iusdam significatiōē, quod aut iure
pprio ipsorum, aut communi vni
uersæ cognationis continetur. Iure
enim * proprio familiam dicim⁹, plu
res personas quæ sunt sub vnius poi
testate, aut natura aut iure subiecte:
vtputa patrem familiās, matremfa
miliās, filium familiās, filiam familiās,
quicq; deinceps vicem eorū sequun
tur: vtputa nepotes & neptes & de
inceps. ¶ Pater autē familiās appel
latur, qui in domo dominiū habet:
reētēq; hoc nomine appellat, quan
uis filium non habeat: non enim solā
personam eius, sed & ius demonstra
mus. Deniq; & pupillum patremfa
miliās

* non
est, fa
miliæ.
* i ea,
iquit,
fami
lia.
* deest
enim.

De verbo. & rerū signifi. ff.

miliās appellamus. Et cum paterfamilias moritur: quotquot capita ei subiecta fuerūt, singulas familias incipiunt habere. singuli em patrumfamilias nomen subeunt. Idemque evenit in eo, qui emancipatus est. Nam & hic sui iuris effectus, propria familiam habet. ¶ Comuni iure familiam dicimus omnium agnatorum. Nam etsi paterfamilias mortuo, singuli singulas familias habent: tamen omnes qui sub eius potestate fuerunt, recte eiusdem familie appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. ¶ Servientium quoque solemus appellare familiam: ut in edicto Praetoris ostendimus sub titulo, de furtis. ubi Praetor loquitur de familia publicanorum. sed ibi non omnes servi, sed corpus quoddam servorum demonstratur, quod demonstratur eius rei causa paratum esse: hoc est, vectigalis eius rei causa. Alia autem parte edicti omnes servus continetur: ut de hominibus coartatis, & vi bonorum raptorum. Item redhibitoria, scilicet si deterior res redatur emptoris opera, aut familie eius: & interdicto, unde vi, familie appellatio omnes servos comprehendit: sed & filii

De verbo. & rerū signifi. ff.

& filij cōtinētur. ¶ Itē appellatur familia pluriū psonarū, quæ ab eiusdē ultimi genitoris sanguine p̄ficiscuntur: * sicuti dicim⁹ familiā Iuliā, quæ a fonte quodā memorię. ¶ Mulier autē familiæ suę & caput & finis est.

* p̄ficiscitur.

¶ Vipianus lib. 53. l. 42.

Probrum, & opprobriū, idē est.

¶ Probra quædā natura turpia sunt: quædā ciuilitate, & quasi more ciuitatis, improbata: * ut puta furtū, adulteriū, natura turpe est. Eniūero tutelæ damnari, hoc non natura p̄brū est, sed more ciuitatis. Nec em̄ natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneū incidere.

* deest improbata.

¶ Celsus lib. 12. ff. forū. l. 88.

Propemodum tantū quisq; pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eis refici potest. Sic dicimus, centum aureos eum habere, qui tantum in prædijs, cæterisq; similibus reb⁹ habet. Non idem est in fundo alieno legato: q̄ q̄ is fundus hæreditaria pecuniā comparari potest. Neque enim quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicet, quicquid ex ea parari potest.

* præstari.

d iij

labo

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ labo. lib. 5. ex Plautio. l. 83.

Propriè bona dici nō possūt, quę plus incōmodi q̄ cōmodi habēt.

¶ Ulpianus lib. 27. ad edic. l. 190.

Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domiciliū habent: nō eos dūtaxat* qui ex prouincia oriundi sunt.

*deest
dunta/
xat.

¶ Paulus lib. 6. l. 92.

Proximus est quem nemo antecedit: supremus est, quem nemo sequitur.

¶ Licinius Rufi. lib. 7. Regula. l. 155.

Proximi appellatione, etiam ille continetur, qui solus est.

¶ Paulus lib. 2. epito. l. 204.

Pveri appellatio tres significatio nes habet: vnā, cū omnes seruos pueros appellamus: alteram, cū puerum cōtrario nomine puellę dicimus: tertiam, cū ætatem puerilē demonstramus.

¶ Pomponius lib. singula. de tacitis fideicom. l. 239.

Pupillus est, q̄ cū impubes est, desijt ī patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione. ¶ Seruorū appellatio ex eo fluxit, quòd imperatores

De verbo. & rerū signifi. ff.

peratores nostri vendere captiuos,
ac per hoc seruare, nec occidere so-
lent. ¶ Incola est, qui in aliquam re-
gionem domicilium suum contulit,
quem Gręci *ἀποικόν* appellant. Nec
tantum qui in opido moratur, incolę
sunt: sed etiā qui in alicuius opidi fi-
nibus ita agrum habent, vt in * eū se * itra.
quasi in aliquam sedem recipiant.
¶ Munus publicū, est officium pri-
uati hominis, ex quo commodū ad
singulos vniuersosq; ciues, remq; eo-
rum imperio magistratus extraordi-
nario * peruenit. ¶ Aduena est, quę * eē or-
Gręci *ἰστοκόν* * appellant. ¶ Decurio-
nes quidam dictos aiūt ex eo, quod * .i. eū
in initio cūm colonię deducerentur, qui no-
decima pars eorum qui ducerentur, uas se-
consilij publici gratia conscribi soli-
des in
ta sit. ¶ Vrbs, ab vruo appellata est. deducenda
Vruare, est aratro definire. & Var⁹ cenda
sit vrui appellari curuaturā ara-
colonia q.
tri: quod in vrbe condenda adhiberi
rit.
solet. ¶ Opidū ab ope dicitur, quod
eius rei causa mœnia sint cōstituta.
¶ Territorium, est vniuersitas agro-
rum intra fines cuiusq; ciuitatis: quod
ab eo dictum quidam aiunt, q̄ ma-
gistratus

De verbo. & rerū signifi. ff.
gistratus eius loci intra eos fines ter-
rendi, id est summouēdi ius habent.
¶ Verbū, suum, ambiguū est, utrū
de toto, an de parte significet: &
ideo qui iurat suum non esse, adijce-
re debet, neq; sibi commune esse.

¶ Ulpianus lib. 4. ad. l. lul. l. 135.

Queret aliquis: si portentosum,
vel mōltrosū, vel debilem
mulier adiderit, vel qualem visu vel
* ineq̄
lē, visu
vel va
gitu
nouū.
* hi.
* non.
* qui.
vagitu noueris * nō humanæ figurę,
sed alterius magis animalis q̄ homi-
nis partum: an quia enixa est, pro-
desse ei debeat. Et magis est, ut hæc
quoq; parentibus prolint. Nec * em̄
est quod eis imputetur, quæ * quali-
ter potuerūt, statutis obtemperauer-
unt: neq; id quod fataliter accessit,
matri damnum iniungere debet.

¶ Iuliano lib. 4. epist. l. 115.

Questio est, fundus à possessio-
ne, vel agro vel prædio quid
distet. Fundus est omne quicquid so-
* teneat
* qui.
lo continetur. * Ager est species fun-
di, quæ * ad vsum hominis comparat-
tur. Possessio ab agro iuris proprie-
tate distat. Quicquid enim apprehē-
dimus, cuius proprietates ad nos non
pertinet.

De verbo. & rerū signifi. ff.

pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo, vsus est: ager, proprietas loci est: prædium, vtriusq; superscriptæ rei generale nomen est. nam & *supra- ager, & possessio, huius appellatio pra- nis species sunt. scripti

¶ Aelius Gallus de verborum, quæ ad ius pertinent, significatione. l. 157.

Quantū ad iuris pertinet largā significationē, Paries ē, &c.

¶ Hac lex scribitur. §. eo. l. paries.

¶ Paulus libro quarto epitomæ Alpheni. l. 205.

Qui fundum vendidit, pomū recepit. Nuces & ficus & vvas duntaxat duracinas albas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa habere mus, quas Græci *τροφιμους* *appel- *i. ediles, co- larent, recepta *videri. les, co

¶ Herēnius lib. 3. ad edic. l. 147. melli-

Qui in cōtinentibus vrbs nati sunt, Romæ nati intelligi *receptas. guntur. ptas.

¶ Paulus libro secundo ad. l. lul. & Papiam. l. 129.

Qui

De verbo. & rerū signifi. ff.

Qui mortui nascuntur: neque
nati, neq; procreati videtur:
quia nunq̄ liberi appellari potuerūt.

¶ Caius lib. 1. ad edictum Prætor.
vrb. ti. Qui neq; sequantur, ne-
que ducantur. l. 48.

Qui neq; sequantur &c.
¶ Hæc lex habetur. j. e. l. so-
lutum.

¶ Idem lib. 3. ad. l. 12. tabu. l. 236.

Qui venenum dicit: ad hęc
debet, vtrum *bonum esset,
*deest vtrum an malum. Nā & medicamenta ven-
ena sunt: quia eo nomine omne cō-
tinetur, quod adhibitum eius natu-
ram cui adhibitū est, mutat: cum id
quod nos venenū appellamus, Græ-
ci φάρμακον dicunt. Apud illos quo-
que tam medicamenta, q̄ ea que no-
cēt, hoc nomine cōtinētur: vnde ad-
iectione alterius nominis *distinctio
fit. Admonet & nos summus apud
fieri eos poetarum Homerus sic dicens:
admo- φάρμακα πολλὰ μιν ἰσθλὰ μεμιγμένα,
net πολλὰ δὲ λυγρὰ. hoc est, plura vene-
na quidem bona sunt, sed plurima
nos amara. ¶ Glādis appellatione omnis
&c. fructus continetur: vt Iabolenus ait:
exemplo

De verbo. & rerū signifi. ff.
exemplo Græci sermonis, *δ' pulc,* * * deest
apud quos omnes arborum species *δ' pulc.*
δ' p' d' p' u' a * appellantur. * .i. fru

¶ Ulpianus lib. 27. ad S. C. I. 90. *ε' ar'*
borū.

Qui uti optimæ maximæque
sunt ædes tradit: non hoc di-
cit, seruitutem illis deberi: sed illud
solum, ipsas ædes liberas esse: hoc
est, nulli seruire.

¶ Paulus lib. 58. l. 57.
Quibus præcipua cura rerum
incūbit, & qui magis quàm
ceteri diligentiam & sollicitudinem
rebus, quibus præsent, debent: ñ ma-
gistris appellantur. Quinetiã & ipsi
magistratus per derivationem à ma-
gistris cognominantur. Vnde etiam
cuiuslibet disciplinæ præceptores, ma-
gistros appellamus, * a monēdo vel * ap-
monstrando. ¶ Persequi videtur, & pellari
qui satis accepit.

¶ Celsus lib. 5. florū. l. 86.
Quid aliud sunt iura prædio- * qua-
rum, quàm prædia qualiter litatē
se habentia, vt bonitas, salubritas, in se.
amplitudo? als, v/
¶ Modestinus libro septimo quali-
episto. l. 116. ter se.

Quisquis

De verbo. & rerū signifi. ff.

Quisquis mihi alius filius, filijve
hæres sit, his verbis Labeo
ait nō videri filiā cōtineri. Proculus
cōtrā. Mihi Labeo videtur verborū
figuram sequi: Proculus mētem tei
stantis. Respondi: Non dubito quin
Labeonis sententia vera non sit.

¶ Caius lib. 2. ad. l. 12. tab. l. 234.

Quos nos hostes appellamus,
* eādē pellabāt, per eam * adiectionem in-
dicantes, cum quibus bellum esset.
¶ Locuples, est qui satis & idonee
habet pro magnitudine rei quam ac-
tor restituendam esse petit. ¶ Ver-
bum, viuere, quidam putant ad ci-
tium pertinere. Sed Offilius ad Ar-
tamēta contineri. sine his enim vi-
uere neminem posse.

¶ Paulus lib. singul. ad S. C.

Tertulianum. l. 231.

Quod dicimus eum qui nasci
speratur, p̄ superstite esse:
tunc verum est, cum de ipsius iure
quæritur. alijs autem non prodest,
nisi natus sit.

¶ Paulus lib. 21. l. 25.

Recte

De verbo. & rerū signifi. ff.

REtē dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius usufructus alienus est: quia usufructus non dominij pars, sed seruitutis sit, *vt via, & iter. Nec falso dicitur meū esse, cuius non potest vlla pars dici alteri⁹ esse. Hoc & Iulian⁹ ait, * est verius quod Quintus Muti⁹ ait, partis appellatione rem pro diuiso⁹ significari. nam quod pro diuiso nostrum sit, id non partem, sed totum esse: Seruius non ineleganter partis appellatione vtrunque significari.

*serui⁹ est.

* & verius est.

Quint⁹ M. ait,

partis, &c.

vel sic: & est

verius, quod

Quint⁹ &c.

* diuiso.

* etiā.

* i. e. factū.

* id est opus.

¶ Idem lib. 5. l. 5.

REi appellatio latior est q̄ pecunia: quia & ea quæ extra computationem patrimoni nostri sunt, continet, cum pecuniæ significatio ad ea referatur quæ in patrimonio nostro sunt. ¶ Opere legato vel conducto, his verbis significari Labeo ait id opus quod Græci ἀποτιλισμ⁹ non ἔργον⁹ vocant, id est ex opere facto, corpus aliquod perfectum.

¶ Ulpianus lib. 14. l. 23.

REi appellatione, & causæ & iura continentur.

Paulus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Paulus lib. 14. l. 35.

Restituere autem is intelligitur, qui simul & rem & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset: id est vsus capiōis *
* fuis- set. Itē causam, & fructum.*

vsus- capio- nis. ¶ Paulus ad edic. edil. curul. l. 75.

Restituere videt is, qui restituit quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset.

* fru- ctuū. ¶ Paulus lib. 50. ad edic. l. 53.

* com- pertū. **S**Aepe ita cōparatū est, vt & cō-

disiuncta pro disiunctis accipiatur, & disiuncta pro coniunctis: interdū & soluta pro separatis. Nam cūm dicitur apud veteres, agnatorum gentiliūmq; q; pro separatione accipitur. At cūm dicitur, super pecunia

* pecu- nię tu- tutelave sua * tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cūm dicitur, quod dedi aut donavi: vtracq;

sua. continemus. Cūm ve rō dicimus, qd eū dare facere oportet: quoduis eorum sufficit probare. Cūm verō dicit Prætor: si donum, munus, operas

* redemerit: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse.

Ex re

De verbo. & rerū signifi. ff.

Ex re ergo pro coniunctis habetur.
Si quæda imposita sunt, cætera non
desiderabuntur. ¶ Item dubitatum
est, illa verba, ope & *cōsilio, quem *deest
admodum accipiēda sunt: vtrum ex &
sententia coniungentium, an separā
tium. Sed verius est, quod & Labeo
ait, separā. im accipiēda: quia aliud
factum est eius, qui ope: aliud eius,
qui consilio furtum facit. Sic enim
aliq̄ condici potest, aliq̄ non potest. Et
sanè post veterum auctoritatem eō
peruētum est, vt nemo ope furtum * non
videatur fecisse, nisi & cōsiliū ma est, fur
lignum habuerit: nec consiliū ha tum.
buisse nocendi, * nisi & factum secu * nocer
tum fuerit. at.

¶ Paulus lib. 65. l. 61.

Satisfactionis appellatione inter
dum, etiam repromissio continetur,
bitur, qua contentus fuit is cui satisf
datio debebatur.

¶ Scæuola lib. 18. ff. forū. l. 243.

Scæuola respondit: Semper accē
ptum * est, vt libertorum appel * rece
latione, etiam n̄ contineri intelligen ptum.
tur, qui eodem testamento vel poste
riore loco manumitterentur: nisi ma
c nifeste

De verbo. & rerū signifi. ff.
petere nifeste is à quo peteretur*, cōtra de
retur. functi voluntatem doceret peti.

¶ Paulus lib. 77. l. 70.

Sciendum est heredem etiam per
multas successiones accipi. Nam
in paucis speciebus hæredis appella
tio proximum cōtinet, veluti in sub
stitutione impuberis: Quisquis mihi
hæres erit, idē filio meo hæres esto:
vbi hæredis hæres non continetur,
quia incertus est. Item in lege Aelia
Sentia, filius hæres proximus potest
libertum paternum vt ingratum ac
cusare, non etiam si heredi hæres ex
titerit. Idem dicitur in operarum ex
actione, vt filius hæres exigere possit,
non ex* successiōe effectus. ¶ Ver
ba hæc, is ad quem ea res pertinet,
sic intelliguntur, vt qui in vniuersum
dominiū vel iure ciuili, vel iure præ
torio succedit, contineatur.

*non
longa.

¶ Modestinus lib. 6. Pandectarum. l. 109.

Sequester dicitur, apud quem plu
res eandē rem, de qua cōtrouer
sia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod
occurenti aut quasi sequenti eos qui
contendant, committitur.

Caius

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Caius lib. 8. ad. l. Iul. Pap. l. 150.

Si ita à te stipulatus fuero : quanto
minus à Titio consecutus fuero,
tantum dare spondes? non solet du-
bitari quin si nihil à Titio fuero con-
secutus, totum debeas quod Titius
debuerit.

¶ Idem, lib. 2. ad. l. 12. tabula-
rum. l. 233.

Si calūnietur & moretur, & fru-
stratur. Inde & calūniatores ap-
pellati sunt, qui per fraudem & fru-
strationem alios vexarent litibus. in-
de & cauillatio dicta est. ¶ Post calē-
das Ianuarias, die tertio, pro salute
Principis vota suscipiuntur. ¶ Telum
vulgo quidē id appellatur quod ab
arcu mittitur: sed nunc omne signifi-
catur quod mittitur manu. Itaq; sei-
quitur, vt lapis, & lignū, & ferrum
hoc nomine contineatur: dictum ab
eo quod in longinquum mittatur: à
Græca voce *τηλόθει** figuratum. Nā
& hanc significationē inuenire pos-
sumus, & in Græco nomine. Nam
quā nos telū appellamus, illi *β. λ. θ.*
appellant: eoque nomine vulgo quidē
id significatur quod ab arcu mittit:
e ñ sed

*calu-
tur.

*.i. de
longin-

*.i. mis-
sile, te-
lum.

De verbo. & rerū signifi. ff.

* .i. ia.
culū.
* .i. fa.
gitta.
tio.

sed non minus omne significatur qđ
mittitur manu, vt ἀκόντιον: * & id qđ
ab arcu mittitur, apud Græcos quib
dem proprio nomine τόξον μὲν * vocat
tur: apud nos autem communi no
mine telum appellatur.

¶ Proculus lib. 6. epist. l. 126.

* est.
* et si.
* est.
* debe
re.

Si cum fundum tibi darem, legem
Sita dixi, vti optimus maximusq
esser, * & adieci, ius fundi deterius fa
ctum nō esse per dominum: præsta
bitur, amplius eo præstabitur nihil.
Etiam si * prior pars qua scriptum
est, vti optimus maximusq; sit: * libe
rum esse significat: eōq; si posterior
pars adiecta non esset, liberum præ
stare deberē: * tamen inferiore parte
satis me liberatum puto, quod ad iu
beam, quā ius fundi per dominū
deterius factum non esse.

¶ Paulus libro secundo ad edict.
edil. curul. l. 74.

* Pau
lus.

Signatorius annulus, ornamentū
appellatione non continetur.

¶ Caius * lib. 7. l. 30.

Sylva cædua est, vt quidā putant,
quæ in hoc habetur, vt cederetur.
Seruius

De verbo. & rerū signifi. ff.

Seruius eam esse quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur.

¶ Stipula illecta, est* spicæ in messe delecta, necdum lecta: quas rustici cum vacauerint, colligunt. ¶ Noualis

est terra præcisa* quæ anno cessat: quam Græci *via 701** vocant. Integra autem est in quam nondum dominus pascendi gratia pecus imisit. ¶ Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit.

¶ Pascua sylua est, quæ pascuis pecudum destinata est.

¶ Labeo lib. 4. *xxixvii** ex Pauli episto. l. 244.

¶ Si qua pœna est, mulcta est: si qua mulcta est, pœna est. Paulus: Vtrunq; eorum falsum est. namq; harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quod de pœna prouocatio non est. Simulatq; enim victus quis est eius malefici cuius pœna est statuta, statim ea debetur: at mulctæ prouocatio est: nec antequam debetur, quam aut non est prouocatum, aut prouocator victus est: nec aliter quam si is dixerit cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apperere poterit, quia certæ pœnæ singulorum

* sunt.

* pro
scissa.

vi. xiv,

id est,
nouale
agrū.

*. i. ve
rissimi
lium.

De verbo. & rerū signifi. ff.

*quia
eius
iudici
pote-
stas
est, nisi
quum
&c.
*is.

rum peccatorum sunt: multa contra: * quia ei iudicis potestas est, quam tam dicat: nisi quum lege constitutum est quam dicat.

¶ Vlpia. lib. 4. ad. l. Iul. Pap. l. 133.

*Cai9
¶ Si quis sic dixerit, uti intra diē mor-
tis ei9 aliquid fiat: ipse quoque dies
quo quis mortuus est, numeratur.

¶ Vlpianus lib. 6. ad edic. l. 12.

¶ Si cui ex empto, vel ex locato, vel
alio vilo contractu, debetur: sed
& si ex delicto debeatur, mihi vide-
tur posse creditoris loco accipi. ¶ si
ex populari causa, ante litis cōtesta-
tionem, recte dicetur creditoris loco
non esse. ¶ Minus soluit, qui tardius
soluit: nā & tēpore minus soluitur.

¶ Teren. Clemens lib. 2. l. 146.

¶ Socris & socris appellatione, au-
t quoque & auam vxoris vel mari-
ti contineri, respondetur.

¶ Labolenus lib. 15. l. 114.

¶ Soluendo esse nemo intelligitur,
nisi qui solidum potest soluere.

¶ Vlpianus lib. 45. l. 176.

¶ Solutiois verbo, satisfactionē quo-
que omnem accipiendam placet.
¶ Soluere dicimus eum, qui id facit
quod

De verbo. & rerū signifi. ff.

Quod facere promisit.

¶ Caius lib. 1. ad edictum præto.
vrbi. tit. Qui neq; sequantur,
neq; ducantur. l. 48.

Solutum non intelligimus eū, qui
licet vinculis leuatus sit, manibus
tamē tenetur, ac ne eum quidem in-
telligimus solutum, qui sine vinculis
in publico seruatur.

¶ Ulpianus ad. l. lul. Pap. l. 128.

Spadonū generalis appellatio est
quo nomine tā n̄ qui natura spa-
dones sunt, quā thlibiæ & thlasię,
sed & si quod aliud genus spadonū
est, continetur.

¶ Idem, lib. 2. de offi. proc. l. 100.

Speciosas personas accipere debe-
mus, clarissimas personas vtrius-
que sexus: item eorum qui ornamē-
tis senatoriis vtuntur.

¶ Paulus lib. 2. ad edic. l. 7.

Sponsio appellatur non solū quæ
per sponsi interrogationē fit: sed
omnis stipulatio promissioq;.

¶ Pomponius lib. 10. epist. l. 245.

Statuæ affixæ balibus structili-
bus, aut tabulæ religatæ catenis,
aut erga parietem affixæ, aut simi-
e iij lites

De verbo. & rerū signifi. ff.
*lych. liter quæ cohærent lignis, *non sunt
nis, als ædium. Ornatus enim ædium causa
tignis. parâtur, non quòd ædes perficiantur.
¶ Itē. Labeo ait: Prothyron quod in
ædibus interdū fieri solet, ædiū est.

¶ Paulus lib. 52. l. 39.

Subsignatum dicitur quod ab ali
quo subscriptum est: nam vete
res subsignationis verbo pro adscri
ptione vti solebant. ¶ Bona intelligū
tur cuiusq; quæ deductio ære alieno
superfunt. ¶ Attestari est etiam ab
senti denunciare. Incertus possessor
est, quem ignoramus.

¶ Ulpianus lib. 28. ad edic. l. 183.

Tabernæ appellatio declarat o
mne vtile ad habitandum ædifi
cium: nēpe ex eo quòd tabulis clau
datur.

¶ Connecte hīc. l. inde tabernacu
la. & l. instructam autem. 8.

¶ Paulus lib. 2. ad. l. lul. l. 137.

Ter enixa videtur, etiam quæ ter
geminos peperit.

¶ Casus libro. 27. ad edict. pro
uinciale. l. 62.

Tigni appellatione in lege duo
decim tabularum, omne genus
materiz

De verbo. & rerū signifi. ff.
materiæ, ex qua c̄dificia constant, si
gnificatur.

¶ Paulus lib. singula. de tacit.
fideicom. l. 229.

TRansacta finitave intelligere de
bemus, non solū de quibus con
trouersia fuerit, sed etiam quæ sine
controuersia sunt possessa.

¶ Adnecte hic. l. vt sunt. i. eo.

¶ Ulpianus *lib. 6. ad. l. lul. & * Pau
Papiam. l. 142. lus.

TRiplici modo intelligi coniu
ctio potest. * Aut enī re per se * cōiū
coniunctio contingit, aut re & ver
bis, aut verbis tātum. Nec dubiū est tētos i
quin coniuncti sint quos & nominū mus.

& rei complexus iungit: veluti, Ti
tius & Meuius ex parte dimidia hē
redes sunt: vel, Titius Meuius q̄ hē
redes sunt: vel ita, Titius cum Me
uius ex parte dimidia hēredes sunt.

¶ Videamus autem, ne etiam si hos
articulos detrahas, &, q̄, cum, inter
dum tamen coniunctos accipi oport
eat: veluti, Luci⁹ Titi⁹, Publi⁹ Me
uius, hēredes sūto ex parte dimidia:
vel ita, Publius Meuius, Lucius Ti
tius, hēredes sunt: Sempronius ex
parte

De verbo. & rerū signifi. ff.

parte dimidia hæres esto: vt Titius & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. Lucius Titius ex parte dimidia hæres esto: Seius ex parte qua Lucium Titium hæredem instituit hæres esto: Sempronius ex parte dimidia hæres esto: Iulianus dubitari posse ait, an tres semites facti sint: an Titius in eundem semitem cum Caio Seio institutus est? Sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius est in eundem semitem duos coactos, & coniunctum hæredes scriptos esse.

¶ Pomponius lib. 30. l. 180.

Turgurij appellatione omne edificium quod rustice rei magis custodiendæ conuenit, quod urbanis ædibus significatur. Offilius ait turgurium a tegendo, tanquam tegurium esse dictum: vt togam, quæ ea tegatur.

¶ Idem, lib. 5. ad senat. cō. l. 166.

Venisse ad hæredem nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno.

¶ Paulus lib. 14. ad Plaut. l. 82.

Verbum, amplius, ad eum quoque pertinet cui nihil debetur: sicut
si ex

De verbo. & rerū signifi. ff.
si ex contrario minus solutum vide-
tur, etiam si nihil esset exactum.

¶ Pomponius lib. 26. ad Quin-
tum Mut. l. 123.

Verbum, erit, interdum etiam
præteritum, nec solum futurū
tempus demonstrat, quod est nobis
necessariū scire: vt cum codicillis ita
cōfirmati testamēto fuerint, Quod
in codicillis scriptum erit: vtrum ne
futuri temporis demōstratio fiat, an
etiam præteriti, si ante scriptos codi-
cillos quis relinquat. Quod quidem
ex voluntate scribentis interpretan-
dum est. Quemadmodum autē hoc
verbum, est, non solum præsens, sed
& præteritum tempus significat: ita
& hoc verbum, erit, non solum futu-
rum, sed interdum etiam præteritū
tempus demonstrat. Nam cum dici-
mus, Lucius Titius solutus est ab * deest
obligatione: & præteritum & præ- ab.
sens tempus significamus: sicut hic,
Lucius Titius alligatus * est. Et idem * obli-
erit cum ita loquimur, Troia capta gaus.
est: non enim ad præsentis facti. de-
mōstrationem refertur is sermo, sed
ad præteritum.

Ulpianus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Vlpianus lib. 30. l. 187.
Verbum, exactæ pecuniæ, non
solum ad solutionē referēdum
est, verum etiam ad delegationem.

¶ Papinianus lib. 37. quæst. l. 218.
Verbum, facere, omnem omni-
no faciēdi causam completi-
tur, dandi, soluendi, numerandi, iudi-
candi, ambulandi.

¶ Vlpianus lib. 1. ad edic. l. 1.
Verbum hoc, si quis, tā masculu-
los, q̄ fœminas completitur.

¶ Pomponius lib. 35. l. 181.
Verbum illud, pertinere, latissi-
mè patet: nam & h̄s rebus per-
tendis aptum est, quæ dominū nostri
sunt: & h̄s quas iure aliquo posside-
mus, quanuis nostri dominū nō sint.
¶ Pertinere ad nos, etiā ea dicimus,
quæ in nulla eorum causa sint, sed
esse possint.

¶ Paulus lib. 4. ad edic. l. 8.
Verbum, oportebit, tā præsentis
q̄ futurum tempus significat.

¶ Actionis verbo, nō cōtinetur exce-
ptio. ¶ Paulus lib. 26. l. 37.

Verbum, oportere, nō ad facultatem iudicis pertinet, qui potest

De verbo. & rerū signifi. ff.
test vel pluris vel minoris condēna-
re, sed ad veritatem refertur.

¶ Celsus lib. 20. ff. orū. l. 94.

Verbum, reddendū, quanquam
significatum habeat retro dan-
di: recipit tamen & per se dandi si-
gnificationem.

¶ Ulpianus lib. 58. l. 43.

Verbo, victus, continentur quæ
esui & potui, cultuique corpo-
ris, quæque ad viuendū homini ne-
cessaria sunt. Vestem quoque, victū
habere vicem Labeo ait.

¶ Cōiūge hic. l. Cætera quoq. s.

¶ Idem lib. 12. l. 20.

Verba, contraxerūt, gesserunt,
non pertinent ad testandi ius.

¶ Pomponius lib. 5. l. 120.

Verbis legis duodecim tabularū
his, vti quisq. legasset, suæ rei
ita ius esto: latissima potestas tribu-
ta videtur, & hæredes instituēdi, &
legata & libertates dandi, tutelas
quoq. constituēdi: sed interpretatio
ne coangustatum est, * vel legū, vel

¶ Ulpianus lib. 1. ad. l. Aeliam

Sentiā. l. 216.

* coan-
gusta-
tū est,
vel le-

Verum

De verbo. & rerū signifi. ff.

gū au
thori
tate, neq; in vinculis esse, nisi corpori eius
vsiura vincula sint adhibita.

consti
tuen
tium. **V**Estis appellatione tam virilis,
aliās, quam muliebris, & scenica, et
coan
gusta
tū est **V**tiam si tragica aut citharædica sit,
continetur.

legū, **V**Paulus libro sexto ex Mi
vel au
thori
tate
&c. **V**nutio. l. 206.

*VI
pian⁹. **V**inaria vasa proprie vasa torcu
laria esse placet: dolia autē &
serias tamdiu in ea causa esse, quan
diu vinum haberent: cum sine vino
esse ceperint, desinere in eo nume
ro esse: quonia ad alium usum tras
ferri possunt: veluti si frumentum in
his abdat. eandē causam ampho
rarum esse, vt cum vinum habeant,
tūc i vasis vinaris: cum inanes sint,
tunc extra numerum vinariorū sint;
quia aliud in his claudi *possit.

*abdi
aliās,
cōdi. **V**Paulus libro 3. stipul. l. 224.
vinculorū appellatione, vel pri
uata vel publica vincula signi
ficantur: custodiae verò tantum pu
blica custodia.

Vlpianus

De verbo. & rerū signifi. ff.

¶ Ulpianus lib. 10. l. 145.

Vtilis appellatione, interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum est.

¶ Pomponius lib. 6. l. 166.

Vrbana familia, & rustica, non loco, sed genere distinguit. Potest enim aliquis dispensator nō esse urbanorum seruatorū numero: veluti is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibiq; habitet: & non multum abest à villico. Insularius autem urbanorum numero est. Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quēq; habuerit: qđ ex numero facta quēq; militię & ex vicarijs apparebit. ¶ Per noctare extra urbem intelligendus loco. est, qui nulla parte noctis i vrbe est: ¶ mure. per enim, totam noctem significat. nere.

¶ Ulpianus lib. 2. de omnibus tribunalibus. l. 198.

Vrbana prædia, omnia ædificia accipimus, non solum ea quæ sunt in opidis: sed etsi fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel prætoria voluptati tantum deseruientia: quia urbanū prædium non locus facit, sed materia.

De verbo. & rerū signifi. ff.
ria. Proinde hortos quoque, si qui sunt
in ædificiis constituti, dicendum est
urbanorum appellatione contineri.
* pluri ¶ Planè si plurimum* horti in reddito
mum. sunt, vinearū forte vel etiam olivo-
rū, magis hæc non sunt urbana.

¶ Paulus lib. 1. ad edic. l. 2.
Vrbis appellatio, muris: Romæ
autem, continentibus ædificiis
finitur: quod latius patet. ¶ Cuiusque
diei maior pars est horarum septem
primarum diei, non supremarum.

* Al- ¶ Pomponius lib. 6. l. 121.
phen⁹ **V**sura pecuniæ, quam percipi-
ant, vr- mus, in fructu non est: quia nõ
bè esse ex ipso corpore, sed ex alia causa est:
Romæ id est, ex noua obligatione.
qua

¶ Marcellus lib. 5. florū. l. 87.
muro **V**T Alphenus* ait, vrbs est Ro-
cinge- ma, quæ muro cingitur: Roma
retur. est etiam quantum continentia ædi-
Romæ ficia essent. Nam Romam non mu-
etiam ro tenus existimari, ex consuetudine
qua in quotidiana posse intelligi, cum dice-
cõtinè remus Romam nos ire, etiam si ex-
tiædi tra urbem habitaremus.
ficia ¶ Paulus libro singulari. S. C.
&c. Orphitiani. l. 230. Vr sunt

De regulis iuris. ff.

VT sunt iudicio terminata, trā-
actione composita, longioris tē-
poris silentio finita.

¶ Connecte ad. l. transacta. 3.

Titulus de regulis iuris.

ex quinquagesimo libro, Pan-
dectarū, secūdum ordinē
alphanumericum.

¶ Ulpianus. l. 183.



ABSENTIA eius qui
reipublicæ causa abest:
neq; ei neq; ali; damno-
sa esse debet.

¶ Papinianus. l. 78.

Actus legitimi qui non recipiūt
diem vel conditionem, veluti
emancipatio, acceptilatio, hæredita-
tis aditio, serui optio, datio tutoris,
in totum vitiantur per temporis vel
conditionis adiectionem. Nonnunq̄
tamen actus superscripti tacite reci-
piunt, quæ apertè comprehensa vi-
tium afferunt. Nam si acceptum fer-
ratur ei qui sub cōditione p̄ omisit:
ita demum egisse aliquid acceptila-
tio

De regulis iuris. ff.

*Q. d. **¶** Non intelligitur, si obligationis conditio extiterit. Quæ * si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

¶ Ulpianus. l. 199.

AD ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, in his * si vel dñis, ignoscitur seruis: siue dominiis, siue dñis, ijs * qui vice dominorum sunt, siue vel ñs. luti tutoribus & curatoribus, obtemperauerint. **¶** Semper qui dolo fecit quo minus haberet: pro eo est habendus ac si haberet. **¶** In contractibus successores ex dolo eorum quibus successerunt, non tantum in id * deest ad eos. quod ad eos * peruenit, verum etiam * deest quisque pro ea parte qua hæres est, vt. conueniatur *.

* deest conueniatur.

¶ Idem. l. 121.

Aliud est vendere, aliud est vendenti consentire. **¶** Refertur ad vniuersos quod publice fit per maiorem partem. **¶** Absurdum est plus iuris habere eum cui legatus sit fundus, quam hæredem, aut ipsum testatorem, si viueret.

¶ Paulus. l. 50.

Alterius

De regulis iuris. ff.

Alterius circumuentio, alij non
præbet actionem.

¶ Caius. l. 58.

Bona fides non patitur, vt bis idē
exigatur.

¶ Paulus. l. 179.

Bona fides tantum possidēti præ-
stat, quantū veritas, quoties lex
impedimento non est.

¶ Vlpianus. l. 129.

Capienda* occasio est, quæ præ* trapiē
bet benigni⁹ respōsum. ¶ Quod da.
factum est: cum in obscuro sit, * ex * ſit.
affectione cuiusque capit interpre-
tationem.

¶ Idem. l. 48.

Consilij nō fraudulentij nulla ob-
ligatio est. Cæterum si dolus &
calliditas intercesserit, de dolo actio
competit. ¶ Socij mei socius, meus
socius non est.

¶ Idem. l. 24.

Contractus quidam dolum ma-
lum duntaxat recipiūt: quidam
& dolum & culpam. Dolum tan-
tum: depositum & precarium: dolum
& culpam: mandatum, commodat⁹
tum, venditum, pignori acceptum,
f n̄ locat⁹

De regulis iuris. ff.

locatum: item dotis datio, tutela, negotia gesta. In his quidam diligētia. ¶ Societas & rerum cōmunio, & dolum, & culpam recipit: sed hoc ita nisi si quid nominatim conuenit, vel plus vel minus in singulis cōtractibus: nam hoc seruabitur, quod ab initio conuenit: legem enim contractus dedit: excepto eo quod Celus putat nō valere, si cōuenit ne dolus præstetur. Hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est: & ita utimur. Animalium verò casus, mortisque, quæ sine culpa accidunt: fugæ seruatorum, qui custodiri nō solent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarū magnitudines, impetus prædonum, à nullo præstantur.

¶ Caius. l. 119.

Creditor qui permittit rem veni-
re, pignus dimittit.

¶ Paulus. l. 190.

Cuius effectus omnibus prodest,
& partes ad oēs pertinent.

¶ Paulus. l. 54.

Cuius per errorem dati, repetitio
est: eius cōsulto dati, donatio est.

¶ Ulpianus. l. 124.

Cuius

De regulis iuris. ff.

CVius est donandi, eidem & v̄-
dendi & concedendi ius est.

¶ Idem. l. 37.

CVlpa caret qui scit, sed prohibe-
re non potest.

¶ Pomponius. l. 51.

CVlpa est immiscere se rei ad se
non pertinenti.

¶ Paulus. l. 85.

CVm amplius solutum est q̄ de-
beatur: * cuius pars nō inuenitur * debe-
batur. quæ repeti possit, totum esse indebi-
tum intelligitur manēte pristina ob-
ligatione. ¶ Is natura debet quē iure
gentium dare oportet, cuius fidem
secuti sumus.

¶ Ulpianus. l. 196.

CVm par delictum est duorum,
semper oneratur petitor: & me-
lior habetur possessoris causa, sicut
fit cum de dolo excipitur petitoris.
neq; enim datur talis replicatio peti-
tori, Si non rei * quoq; in ea re dolo * Aut
actum sit. ¶ Illi debet permitti p̄- si rei.
nam petere, qui in ipsam nō incidit.

¶ Paulus. l. 170.

CVm Prætor in heredem dat a-
ctionem, quatenus ad eum per-
f̄ iñ uenit:

De regulis iuris. ff.
uēnit: sufficit si vel momento ad eū
peruenit ex dolo defuncti.

¶ Idem. l. 139.

Cum principalis causa non con-
sistit: plerunque nec ea quidem
quæ sequuntur, locum habent.

¶ Vlpianus. l. 126.

Cum quis possit alienare, poterit
& consentire alienationi. Cui au-
tem donare non conceditur: probā-
*deest dum erit, nec si in *donationis causa
in. consenserit, ratam eius voluntatem
habendam.

¶ Caius. l. 108.

Cum seruis nulla actio est.

¶ Paulus. l. 17.

Cum tempus in testamento adij-
citur, credendum est pro hęrede
adiectum, nisi alia mens fuerit testa-
toris: sicut in stipulationibus pmi-
*addi- soris gratia tempus adijcitur. *
tur.

¶ Vlpianus. l. 29.

Diuus Pius rescripsit, eos qui ex
liberalitate sua conueniuntur:
in id quod facere possunt, cōdēnādos.

¶ Idem. l. 62.

Domum suam reficere unicuique
licet: dum non efficiat inuito
alteri

De regulis iuris. ff.

alteri in quo ius non habet.

¶ Papinianus. l. 83.

Donari videtur, quod nullo iure cogente.

¶ Julianus. l. 66.

EA est natura cauillationis, quam

Græci *ὀφισμα** appellant, vt ab * . i . cō
evidenter veris, per breuissimas mu- mētū
tationes disputatio ad ea quæ euidē- cauilla
ter falsa sunt, perducatur. toriū.

¶ Ulpianus. l. 178.

EA quæ ad dandum impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

¶ Julianus. l. 65.

EA quæ raro accidunt, nō temere in agendis negotijs computantur.

¶ Marcellus. l. 153.

EA quæ in partes diuidi non possunt: solida à singulis hæredibus debentur. ¶ In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustus est quàm tutius.

¶ Hermogenem. l. 98.

EA sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

De regulis iuris ff.

*non velle. **E**ius est nolle, * qui potest & velle. ¶ Paulus. l. 3.

¶ Marcellus. l. 144.
* potest. **E**t si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen ubi aetas evidens exposcit, * subueniendum est. ¶ Ulpianus. l. 59.

Ex pœnalibus causis non solet actio in patre de peculio dari. ¶ dem. l. 192.

Ex qua persona quis iurum capit, eius factum prestare debet. ¶ Modestinus. l. 150.

Expressa nocent, non expressa non nocent. ¶ Ulpianus. l. 132.

Factum à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. ¶ Paulus. l. 197.

Factum cuique suum, non aduersario suo nocere debet. ¶ Non videtur vim facere, qui iure suo utitur & ordinaria actione experitur. ¶ In pœnalibus causis benignius interpretandum est. ¶ Caius. l. 168.

Fauorabiliores rei potius, quàm actoris res habentur. Paulus

De regulis iuris. ff.

¶ Paulus. l. 109.

Ferè in omnibus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudetiæ succurritur.

¶ Paulus. l. 196.

Ferè quibuscumq; modis obligamur, h̄sdem in contrarium actis liberamur: quum quibus modis acquirimus, h̄sdem in cōtrarium actis amittamus. Vt igitur nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtruncq; in contrarium actum est.

¶ Metianus. l. 94.

Filius familiars, neq; retinere, neq; recuperare, neq; adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

¶ Vlpianus. l. 2.

Fœminæ ab omnibus officijs civilibus vel publicis remotę sunt: & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices* existere. ¶ Item impuberes ab* omnibus officijs civilibus debent abstinere.

*cura-
tores.
*va-
cat ab.

¶ Papinianus. l. 80.

Fraudis interpretatio, semper in iure civili nō ex euentu dūtaxat, sed

De regulis iuris. ff.

*desi-
derat.

sed ex consilio quoque consideratur.*

¶ Labolenus. l. 72.

FRUCTUS rei est, vel pignori dare
licere.

¶ Pomponius. l. 41.

*inter-
dictū
sit.

FVRIOSI, vel eius cui bonis interd-
citur, *nulla voluntas est.

¶ Papinianus. l. 79.

GENERALITER cum de fraude dispu-
tatur: non quid habeat actor,
sed quid per aduersarium habere non
potuit, considerandum est.

¶ Ulpianus. l. 60.

*ha-
buerat
*deest

HAEREDem eiusdem potestatis
iurisque esse, cuius fuit defun-
ctus, constat.

¶ Iulianus. l. 63.

tempore
mortis
*deest

HAEREDITAS nihil aliud est quam suo
cessio in uniuersum ius, quod
defunctus habuit * tempore mortis.*

¶ Ulpianus. l. 195.

In vis.
*deest
vel ius
sit, ut
*deest
vel ra-
tū ha-
buit.

HOC iure utimur, ut quicquid
Homino per vim fiat: aut in vis
publicae, aut in vis * priuatae crimen
incidat. ¶ Deiecit, & qui vel iussit,
vel * mandauit, vel ratum habuit.*
Rati enim habitio mandato compa-
ratur. ¶ In contractibus, in quibus do-
liprae

De regulis iuris. ff.

Il præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur.

¶ Pomponius. l. 2.

Id quod nostrum est: sine factio nostro ad alium transferri nō potest.

¶ Paulus. l. 16.

Imaginaria venditio, non est pretio accedente.

¶ Caius. l. 174.

Imperitia culpæ annumeratur.

¶ Marcellus. l. 145.

Impossibile nulla obligatio est.

¶ Metianus. l. 97.

In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda eius est, qui eas protulisset.

¶ Paulus. l. 86.

In ambiguis, pro dotibus respondere melius est. ¶ Non est nouum ut quæ semel vtiliter cōstituta sunt, durēt: licet ille casus extiterit, à quo initiū capere non potuerūt. ¶ Quoties equitatem desideret naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur: iustis decretis res temperanda est.

¶ Ulpianus. l. 134.

In cōdemnatione personarū quæ in id quod facere possunt, dānantur:

De regulis iuris. ff.

tur: non totum quod habent, extor-
quendum est: sed & ipsarū ratio ha-
bēda est, ne egeant. ¶ Cum verbum,
restituas, in lege inuenitur: etsi non
specialiter de fructib⁹ additum est,
tamen etiam fructus sunt restituen-
di. ¶ Vnicuiq; sua mora nocet: quod
& in duobus reis promittendi obser-
uatur. ¶ Dolo facit q̄ petit quod re-
stituturus* est.

*reddi
turus.

¶ Idem. l. 33.

IN contrahenda venditione, am-
biguum pactum contra vendito-
rem interpretandum est. Ambigua
autem intentio ita accipienda est, vt
salua aētori sit.

¶ Paulus. l. iii.

IN eo quod plus sit, semper inest
minus. ¶ Nemo alienæ rei expo-
missor idoneus videtur, nisi cū satis-
datione. ¶ Pupillus pati posse nō in-
telligitur. ¶ Vbi verba coniuncta nō
sūt, sufficit alterutrum esse factum.
¶ Mulieribus tunc succurrendū est,
cū defraudantur; non vt facilius ca-
lumnientur.

¶ Pomponius. l. 34.

IN eo quod, vel is qui petit, vel
is a

De regulis iuris. ff.

In à quo petitur, lucri petiturus est, * * lucri
causa
factu
rus est
durior causa est petitoris.

¶ Ulpianus. l. 122.

In iure civili receptū est, quoties per eum cuius interest conditionē non impleri, fiat quo minus impleatur, perinde haberi ac si impleta cōditio fuisset: quod & ad libertates, & legata, & ad hæredum institutiones perducitur: quibus exemplis stipulationes quoq; cōmittuntur, cum per promissorem factū esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

¶ Paulus. l. 5.

In negotijs cōtrahendis, alia causa habita est furiosorum, alia eorū qui dari possunt, quanuis actum rei non intelligant. Nam furiosus nullū negotium contrahere potest: pupillus omnia negotia tutore authore agere potest.

¶ Ulpianus. l. 140.

In obscura voluntate manumittētis, fauendum est libertati.

¶ Paulus. l. 115.

In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerūq; fieri solet.

Idem

Deregulis iuris. ff.

¶ Idem. l. 69.

IN omnibus causis id obseruatur,
vt vbi personæ conditio locum facit
beneficio: ibi deficiente ea, bene-
ficio quoq; deficiat: vbi verò gen-
erationis id desiderat, ibi (ad quenuis
persecutio eius deuenit) non deficiat
ratio auxiliij.

¶ Pomponius. l. 40.

*i quo p aliū mora est, quo &c.
IN omnibus causis pro facto accipi-
tur id, *in quo quis aliū perhor-
rescit quo minus fiat.

¶ Idem. l. 14.

IN omnibus obligationibus, in qui-
bus dies non apponitur, præsentis
die debetur.

¶ Vlpianus. l. 136.

IN omnibus efficijs quæ fieri per
liberas personas leges desiderat:
seruus interuenire nō potest. ¶ Non
debeo melioris cōditionis esse quàm
author meus, a quo ius in me transit.

¶ Paulus. l. 91.

IN omnibus quidē, maxime tamē
in iure, æquitas spectanda est.

¶ Paulus. l. 171.

IN pari causa possessor potior habet
ius.

De regulis iuris. ff.

ius succedūt, hæc redū loco habentur.

¶ Vlpianus. l. 23.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. ¶ Generaliter probādū est, ubicunq; in bonæ fidei iudicijs cōfertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio: pro boni vti arbitrio hoc habendum esse.

¶ Paulus. l. 12.

In testamentis plenius voluntates testantium interpretamur.

¶ Papinianus. l. 8.

In toto iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directū est.

¶ Caius. l. 114.

In toto & pars continetur.

¶ Papinianus. l. 77.

In totum, omnia quæ animi destinatione agenda sunt: nō nisi vera & certa scientia perfici possunt.

¶ Vlpianus. l. 198.

Inuitus nemo cogitur rem defendere. ¶ Cui damus actionem, eadem exceptionem competere multo magis quis dixerit. ¶ Cum quis in alicuius locum successerit, non est æquum ei nocere hoc quod aduersus

ius

De regulis iuris. ff.

Ius eum non nocuit in cuius locū suc-
cesserit. ¶ Plerunque emptoris eadē
causa debet esse circa petendum ac
defendendum, quæ fuit auctoris.

*p eo
præsta
tur.

¶ Quod cuiq; præstat, inuito nō
tribuitur.

¶ Paulus. l. 70.

Inuito beneficium non datur.

¶ Ulpianus. l. 130.

*vacat
dānū.

Is damnū * dat, qui iubet dānū
dare. Eius verò nulla culpa est, cui
parere necesse sit. ¶ Quod pēdet, nō
est pro eo quasi sit.

¶ Pomponius. l. 2.

Iura sanguinis nullo iure civili di-
trimi possunt.

¶ Ulpianus. l. 206.

Iure nature equum est, neminem
cum alterius detrimento & iniu-
ria fieri locupletiozem.

*testa
to &
intesta
to.
*desūt
verba
sequē-
tiā.

¶ Pomponius. l. 7.

Ius nostrum non patitur eundem
in paganis, & testatū, & intesta-
tum * decessisse: earūq; rerum na-
turaliter iter se pugna est, * vt testa-
tus & intestatus quis sit.

¶ Paulus. l. 107.

Libertas, inæstimabilis res est.

Caius

De regulis iuris. ff.

¶ Caius. l. 16.

Libertas omnibus rebus fauorabilior est.

¶ Ulpianus. l. 67.

Marcellus ait: definit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

¶ Caius. l. 175.

Melior conditio nostra per seruos fieri potest, deterior fieri non potest.

¶ Pomponius. l. 205.

Minus est actionem habere, quam rem.

¶ Paulus. l. 28.

Nec ex prætorio, nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quauis obligationū causæ pactione possint immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus, priuatorum pactionibus nō infirmatur, nisi tūc, cum inchoatur pactio, inter eos conuenit.

¶ pacti conuentione per exceptionē & c. ¶ actio

¶ Ulpianus. l. 166.

§

Nemo

De regulis iuris. ff.

*tēpo/ **N**emo alieno nomine agere po-
raria. test. ¶ Temporalis permutatio
ius prouinciæ non innouat.

¶ Paulus. l. 194.

Nemo damnum facit, nisi qui id
facit quod facere ius nō habet.

¶ Idem. l. 103.

*va/ **N**emo de domo sua inuitus *ex/
cat, in/ trahi debet.
uitus. Vlpianus. l. 96.

Nemo dubitat soluendo videri
eum qui defenditur.

¶ Paulus. l. 88.

Nemo enim prosequendo deter-
riorē causam, sed meliorem
hæredi quoq; prospicitur: & hæres
tenetur ex omnibus causis.

¶ Subnecte hanc ad. l. non
solet. 7.

¶ Vlpianus. l. 44.

Nemo ex his, qui negat se debe-
re, prohibetur etiam alia defen-
sione vti: nisi lex impediatur. ¶ Quo-
ties concurrunt plures actiones eius-
dem rei nomine: vna tantum quis
experiri debet.

¶ Idem. l. 131.

Nemo

De regulis iuris. ff.

Nemo ideo obligatur, quia receptorus est ab alio quod praestiterit.

¶ Paulus. l. 163.

Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit.

¶ Ulpianus. l. 55.

Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habet.

¶ Idem. l. 71.

Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuiuslibet alterius coercionis ad alium transferre.

¶ Papinianus. l. 76.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.

¶ Ulpianus. l. 169.

Nemo praedo est, qui precium numeravit. ¶ Locupletior non est factus qui liberum adquisierit. ¶ Cum de lucro duorum quaeritur, melior est causa possidentis.

¶ Idem. l. 38.

Nemo qui condemnare non potest, absolueret potest. *

¶ Idem. l. 188.

Nemo videtur fraudare eos qui sciunt & consentiunt.

* cōdemnare
pōt,
absol-
uere
nō por-
test.

De regulis iuris. ff.

¶ Labolenus. l. 159.

Neq; in interdicto, neq; in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

¶ Vlpianus. l. 46.

Nequē pignus, neq; depositum, neq; precarium, neq; emptio, neq; locatio suæ rei cōsistere potest.

¶ Priuatorum conuentio, iuri publico non derogat.

¶ Celsus. l. 152.

Neratius consultus an quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto deesse existimaretur: respondit nō videri sibi principē, quod ei quem viuere existimabat concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modū esse beneficij sui vellet, ipsius existimationem* esse.

* æstimationem.

¶ Vlpianus. l. 117.

Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, q̄ vis atq; metus: quē cōprobare, contra bonos mores est. ¶ Non capitur qui ius publicum sequitur. ¶ Nō videntur consentire, qui errāt. Pa illus

¶ De regulis iuris, ff.

¶ Paulus. l. 172.

Nihil dolo creditor facit, qui suū recipit. ¶ Cū principalis causa non cōsistit, *nec ea quæ sequuntur, locum habent. *cōsistat.

¶ Idem. l. 113.

Nihil interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

¶ Celsus. l. 147.

Nihil peti potest ante id tempus quo per rerum naturam solui *possit: & cū soluendi tempus obligationi additur, nisi eo tēpore *præterito, peti non potest. *per solui. *vacat, tēpore.

¶ Ulpianus. l. 36.

Nihil tam naturale est, quā eodem genere quodq; dissolvere, quo colligatum est: ideoq; verborū obligatio, verbis tollitur: nudi cōsensu obligatio, contrario consensu dissolvitur.

¶ Idem. l. 162.

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

¶ Idem. l. 42.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. ¶ In re ob-

g iij scura

De regulis iuris. ff.

Scilicet melius est fauere repetitioni,
quàm aduentitio lucro.

¶ Papinianus. l. 75.

Non debet alteri per alterum in
qua conditio inferri.

¶ Ulpianus. l. 22.

Non debet cui quod plus est, li-
cet: quod minus est non licere.

¶ Idem. l. 137.

Non est singulis concedendum,
quod per magistratum publi-
cè possit fieri, ne occasio sit maioris
tumultus faciendi. ¶ Infinita aestima-
tio est, libertatis & necessitudinis.

¶ Idem. l. 177.

Non fraudantur creditores, cum
quid non acquiritur à debitor-
re: sed cum quid de bonis dimittitur.
¶ Nemo ex suo delicto meliorem suam
conditionem facere potest.

¶ Paulus. l. 108.

Non omne quod licet, honestum
est. ¶ In stipulationibus id tem-
pus spectatur quo contrahimus.

¶ Labolenus. l. 160.

Non potest dolo carere, qui imper-
torum magistratus non obtemperat.

¶ Paulus. l. 208.

Non

¶ De regulis iuris. ff.

Non potest videri defuisse habere, qui nunquam habuit.

¶ Venuleius. l. 100.

Non potest videri improbus, qui ignorat quātū soluere debeat.

¶ Paulus. l. 87.

Non solet deterior conditio fieri eorū qui litem contestati sunt, quā si non essent, sed plærunque melior.

¶ Connefte hic. l. Nemo enim. §.

¶ Ulpianus. l. 95.

Non solent quæ superabūdāt, * * abū dant.
vitare scripturas.

¶ Idem. l. 13.

Non videtur cœpisse, qui p exceptionem remouetur à petitione.

¶ Idem. l. 53.

Non videtur defendere, non tantum qui latitat, sed & is qui prensens negat se defendere, aut nō vult suscipere actiones.

¶ Caius. l. 52.

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

¶ Papinianus. l. 84.

g iij Non

De regulis iuris. ff.

Non videtur rem amittere cuius propria non fuit.

¶ Ulpianus. l. 128.

Non videntur data quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. ¶ Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere: quia parere necesse habet.

¶ Paulus. l. 120.

Non ut ex pluribus causis debeturi nobis idem potest: ita ex pluribus causis idem potest & nostrum esse.

¶ Ulpianus. l. 6.

Non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem.

¶ Scæuola. l. 89.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.

¶ Idem. l. 56.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure utitur.

¶ Paulus. l. 110.

Nillum crimen patitur is qui non prohibet cum prohibere non potest.

¶ Ulpianus. l. 173.

Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re cõcurrentes,

De regulis iuris. ff.

tes, alia aliam consumit.

¶ Idem. l. 31.

Nuptias, non cōcubitus, sed cōsensus facit.

¶ Caius. l. 182.

Omnes actiones quæ morte aut tempore pereunt: semel incluse iudicio, saluæ permanent. ¶ Non videtur perfecte cuiusq; id esse, quod ex causa* auferri potest.

*casu.

¶ Celsus. l. 154.

Omnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac si continuo sub tempore mortis hæredes extitissent.

¶ Ulpianus. l. 201.

Omnia quæ ex testamento profisciscuntur, ita statum euentus capiunt, si initiū quidem sine vitio cœperint.

¶ Caius. l. 101.

Omnia quæ iure cōtrahuntur, cōtrario iure pereunt.

¶ Iulianus. l. 73.

Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.

¶ Ulpianus. l. 202.

Omnis definitio in iure ciuili periculosa

De regulis iuris. ff.
culosa est. rarum est enim vt subue-
ti non possit.

¶ Paulus. l. 181.

OMnis hæreditas quanuis post-
ea adeatur: tamen cum tempo-
re mortis continuatur. ¶ Nunquam
ex postfacto crescit præteriti deli-
cti æstimatio.

¶ Ulpianus. l. 193.

Parem esse conditionem oportet
eius qui quid possideat, vel
habeat, atque eius cuius dolo malo
factum sit, quò min⁹ possideret, vel
haberet.

¶ Idem. l. 25.

Plærunque fit, vt etiam ea quæ à
nobis possunt abire: perinde in
eo statu sint, atque si non essent eius
conditionis vt abire possint. & ideo
quod fisco obligamus, & venditare
interdum, & alienare, & seruitutem
prædij imponere possumus.

¶ Pomponius. l. 28.

Plus cautionis est in rem, quam
in personam.

¶ Paulus. l. 125.

Poenalia iudicia semel accepta,
in hæredes transmitti possunt.
Paulus

De regulis iuris. ff.

¶ Paulus. l. 118.

PRætor honorū possessorem hæ-
redis loco in omni causa habet.

¶ Modestinus. l. 157.

PRiuilegia quædam causæ sunt,
quædam personæ: & ideo quæ-
dam * ad hæredes transmittuntur, * quib
quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, dem.
ad hæredes non transeunt.

¶ Celsus. l. 150.

PVpillus, nec velle, nec nolle in ea
ætate, nisi apposita tutoris au-
thoritate, creditur. Nam quod ani-
mi iudicio fit, in eo tutoris authori-
tas necessaria est.

¶ Caius. l. 112.

PVpillum qui proximus puber-
tati sit, capacem esse, & furandi,
& iniuriæ faciendæ constat. * ¶ In * va
hæredes * non solent actiones transi- cat, cō
re, quæ pœnales sunt ex maleficio: stat.
veluti furti, damni iniuriæ, vi bono- * hère,
rum raptorum. dem.

¶ Licinius. l. 210.

Quæ ab initio inutilis fuit in-
stitutio, temporis tractu cō-
ualescere non potest.

¶ Papinianus. l. 82.

Quæ

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædunt.

¶ Pomponius. l. 18.

Quæ legata mortuis nobis ad hæres nostros transeunt, eorum commodum per nos iis quorum in potestate sumus, eodem capite acquirimus: aliter atque cum stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam si libertate nobis præstita à dominis, & conditio existat.

* etiã si liber
ratis
nobis
pote-
state
domi-
ni.

¶ Paulus. l. 123.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, nõ debent in augmentum trahi.

¶ Idem. l. 90.

Quamdiu possit valere testamentum: tamdiu legitimus hæres non admittitur.

¶ Idem. l. 25.

Quatenus cuiusq; inter sit, in facto, non in iure consistit.

¶ Idem. l. 15.

Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

Vlpianus

De regulis iuris .ff.

¶ Vlpianus.l.180.

Q Vi auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.

¶ Idem.l.20.

Q Vi cū alio contrahit, vel est vel esse debet non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non potest: cū non sponte cum legataris contrahat. ¶ Non solet doli exceptio nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

¶ Paulus.l.174.

Q Vi dolo deserit* possidere, p *desijt possidente dānatur: quia p possessore dolus est.

¶ Caius.l.43.

Q Vi in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantæ, an id quod deberetur, peteretur. ¶ Fideiussores quoq; nō minus quā hæredes iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agatur, non etiam si agat. Nam planè qui agit, certus esse debet: cū sit in potestate eius, quādo velit experiri: & antè debet rem diligēter explorare, & tunc ad agendum procedere.

Vlpianus

De regulis iuris. ff.

¶ Ulpianus. l. 138.

Qui in ius dominiumve alterius
succedit, iure eius usi debet.
* i do. ¶ Nemo videtur dolo facere, * q ignor
lo esse. rat causam cur non debeat petere.

¶ Idem. l. 161.

Qui in seruitute est, usucapere
non potest. Nam cum possi
deatur, possidere non videtur.

¶ Paulus. l. 164.

Qui non facit quod facere de
bet, videtur facere aduersus
ea quæ non facit: at qui facit * quod
facere debet, * non videtur facere id
quod facere iustus est.

* deest
qui fa-
cit.
* non
debet.
* ces-
sionē.

¶ Modestinus. l. 155.

Qui per successionem * quanuis
longissimam defuncto hæ-
redes extiterint: non minus hæredes
intelliguntur, quam qui principaliter
hæredes extiterint.

¶ Ulpianus. l. 135.

Qui potest facere ut possit cõdi-
tioni parere, iam posse vide-
tur. ¶ Quod si quis velit, * habere nõ
potest, id repudiare non potest.

* quod
q, si
velit

¶ Idem. l. 27.

Qui potest inuitis aliquibus
alienare:

De regulis iuris. ff.

alienare: multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

¶ Paulus. l. 127.

Q Vi rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

¶ Iulianus. l. 64.

Q Vi sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

¶ Paulus. l. 185.

Q Vi tacet, non utiq; fatetur: sed tamen verum est eum non negare.

¶ Ulpianus. l. 103.

Q Vi vetante Prætoris fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur. ¶ *Ei⁹ est dare actionem, denegare qui possit, & dare.

¶ Paulus. l. 49.

Q Vicquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur: non prius ratum est, q̄ si perseverantia apparuerit iudiciu animi fuisse: ideòq; breuiter reuersa vxor, nec diuertisse videtur.

¶ Idem. l. 74.

Q Vo *tutela redit, eo & hereditas peruenit, nisi cum familia hæredes intercedunt. ¶ Nemo potest

*Ei⁹ e

actio.

nè de

negar

re, qui

& c.

*aliàs,

incipit

hæc. l.

Q. Mu

ti⁹ Sē

pro

nio.

Quò

tutela

& c.

De regulis iuris. ff.

* ha-
buit.
* qua
de re.
aliâs,
quod
de re.
* puta
ret.

potest tutorem cuiquam dare, nisi ei
quem in suis hæredibus cum mori-
tur habuerit, * habiturusve esset si vi-
xisset. ¶ Vi factum videtur id esse,
quod * quis cum prohiberetur fecit.
Clam, quod quisq; cum controuer-
siam haberet, habiturumve se spera-
ret, * fecit. ¶ Quæ in testamento ita
scripta sunt, vt intelligi non possint,
perinde sunt ac si scripta non essent.
¶ Nec paciscendo, nec legem dicen-
do, nec stipulando quisquam alteri
cauere potest.

¶ Caius. l. 47.

Quod à quoquam poenæ no-
mine exactum est: id eidem
restituere nemo cogitur.

¶ Ulpianus. l. 33.

Quod attinet ad ius ciuile, ser-
uati pro nullis habentur: non
tamē & iure naturali: quia quod ad
ius naturale attinet, omnes homines
æquales sunt.

¶ Paulus. l. 184.

* conse-
quen-
tiam. **Q**uod contra rationem iuris re-
ceptū est, non est producen-
dū ad consequentias. * ¶ Vni duo p
solido hæredes esse non possunt.

Celsus

De regulis iuris. ff.

¶ Celsus. l. 151.

Q. Vod euincitur, in bonis nostris *non est. *deest nostris

¶ Paulus. l. 30.

Q. Vod in *initio vitiosum est, nō potest tractu temporis conualescere. *deest in.

¶ Ulpianus. l. 186.

Q. Vod ipsis qui contraxerūt, obstat, & successoribus eorum obstat.

¶ Idem. l. 141.

Q. Vod iussu alterius soluitur: p eo est quasi ipse soluisset, vel * ipsi solutum esset. *deest ipse soluisset,

¶ Idem. l. 143.

Q. Vod nullius esse potest: id ut alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere. vel.

¶ Paulus. l. 289.

Q. Vod quis cum seruus esset, egerit, * proficere liberto facto non potest. * egerit.

¶ Pomponius. l. 203.

Q. Vod quis ex culpa sua damnnum sentit: nō intelligitur damnnum sentire.

¶ Idem. l. 21.

h

Quoties

De regulis iuris. ff.

Quoties dubia est interpretatio libertatis: secundum libertatem respondendum erit.

¶ Paulus. l. 92.

Quoties duplici iure defertur alicui successio: repudiato nouo iure quod ante defertur, supererit vetus.

¶ Ulpianus. l. 68.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit: ea potissimum accipiat* que rei gerende aptior est.

* accipietur

¶ Idem. l. 200.

Quoties nihil sine captione inuestigari potest: eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

¶ Hermogenem. l. 99.

Quoties utriusque causa lucratio vertitur: is preferendus est cuius in lucro causa tempore preceedit.

¶ Venuleius. l. 1.

Regula est, que rem que est, breuiter enarrat: non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuiter rerum narratio traditur: & ut ait Sabinius, quasi causa coniunctio est: que

* vacat, e.

De regulis iuris. ff.

quae simul cum in aliquo vitata est,
perdit officium suum.

¶ Vlpianus. l. 27.

Res iudicata, pro veritate acci-
pitur.

¶ Paulus. l. 10.

Secundum naturam est, commo-
da cuiusque rei eum sequi, quem se-
quuntur incommoda.

¶ Caius. l. 190.

Semper generalibus specialia in-
sunt.

¶ Modestinus. l. 158.

Semper in conventionibus non so-
lum quod liceat considerandum
est, sed & quod honestum est. *cōiū
tionib
bus.

¶ Caius. l. 57.

Semper in dubiis benigniora pre-
ferenda sunt.

¶ Vlpianus. l. 9.

Semper in obscuris quod minimū
est, sequimur.

¶ Vlpianus. l. 35.

Semper in stipulationibus & in ce-
teris contractibus id sequimur quod
actum est. Vnde si non appareat, *paret
quid actum est: consequens erit, ut id
sequamur quod in regione in qua

h n id

De regulis iuris. ff.
id actum est, frequentatur. Quid er-
go si neq; regionis mos appareat,
quia varius fuit? Ad id quod mini-
mum est, redigenda summa est.

¶ Caius. l. 61.

Semper qui non prohibet pro se
interuenire mādare creditur. Sed
& si quis ratum habuerit quod ge-
stum est, obstringitur mādati actio-
ne.

¶ Ulpianus. l. 209.

Seruitutem mortalitati ferē com-
paramus.

¶ Paulus. l. 211.

Seruus reipublicæ causa abesse nō
potest.

¶ Pomponius. l. 19.

Si filius familiās sub conditione sti-
pulatus, emancipatus fuerit: de-
inde extiterit cōditio, patri actio cō-
petit: quia in stipulationibus id tem-
pus spectatur, quo contrahimus.

¶ Ulpianus. l. 105.

Si in duabus actionibus alibi sum-
ma maior, alibi infamia est: præ-
ponenda est causa existimationis. *
Vbi autem equiparantur famosa iu-
dicia: & si summam disparem ha-
beant, pro paribus tamen accipien-
da

*æsti-
matio-
nis.

De regulis iuris. ff.
da sunt.

¶ Scauola. l. 93.

SI librarius in transcribendis stipulatiōis verbis errasset: nihil noceret quo minus & reus & fideiusor teneantur.

¶ Ulpianus. l. 142.

SI nemo subit hereditatem, omne ius testamenti soluitur.

* omnis
vis.

¶ Pomponius. l. 39.

Sicuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debet: ita nec lucrū facere si quid ex ea re ad eum peruenisset.

¶ Paulus. l. 116.

SI quis obligatione liberat⁹ sit, potest videri cepisse. * ¶ Non potest videri accepisse, qui stipulat⁹ potest excep-tione summoueri.

¶ Celsus. l. 148.

SI quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

¶ Ulpianus. l. 45.

TIoties in hæredem dam⁹ actio nem de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo.

h in Celsus

De regulis iuris. ff.

¶ Celsus. l. 146.

Vbi timoris non iusta excusa-
tio est.

¶ Paulus. l. 102.

Vbi lex duorum mensium fecit
mētionem: & qui sexagesimo
primo die venerit, audiendus est: ita
enim imperator noster Antonia⁹ cū
patre diuo fratre suo rescripsit.

¶ Ulpianus. l. 167.

Vbi nō voce, sed presentia opus
est: mut⁹ si intellectum habet,
potest videri respondere. Idem & in
furdo hīc quidem responderi potest.

¶ Furiosus, absentis loco est: & ita
Pomponius libro primo Epistolarū
scribit.

¶ Celsus. l. 149.

*pu-
gnan-
tia.

Vbi repugnātia* inter se in testa-
mento inueniuntur, neutrum rati-
tum est. ¶ Quæ rerum natura prohibe-
bentur, nulla lege confirmata sunt.

¶ Paulus. l. 106.

Vbi cū³ causæ cognitio est: ibi
Prætor desideratur.

¶ Ulpianus. l. 4.

Velle non creditur qui obsequiū
imperio patris, vel domini.

Ulpianus

De regulis iuris ex antiquis.

¶ Ulpianus. l. 32.

Verum est, neq; pacta, neq; stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est, neq; pacto, neq; stipulatione potest comprehendere, ut utilem actionem aut factum efficere possit.

¶ pactum

Sequuntur regulæ iuris
canonici: & primò regulæ
Decretalium.

¶ Ioannes Chrysostomus.



Mnis res per quascunq; causas nascitur, per eadem dissoluitur.

¶ Beda in homelijs.

Secunda regula.

Estote misericordes, sicut &c.
Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo: nisi ut ea facta que dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri: ut stuprum, blasphemia, furta, ebrietates, & similia, de quibus

h iij bus

De regulis iuris ex antiquis.
bus nobis permittitur iudicare.

¶ Idem.

Regula. iij.

Qui scandalizauerit &c. Vt
lius scandalum nasci permit
titur, quam veritas relinquatur.

¶ Idem.

Regula. iij.

Quod non est licitum in lege,
necessitas facit licitum. Nā
& sabbatum custodiri præceptum
est: Machabæi tamen sine culpa sua
in sabbato pugnant. sic & hodie si
quis ieiunium fregerit egrotus, reus
voti non habetur.

¶ Gregorius. vii.

Regula. v.

Quod latenter, aut p^r vim, vel
aliās illicitè introductū est:
nulla debet stabilitate subsistere.

¶ Idē Varien. episcopo. Regula. vi.

Cum in contemplatione. & infra:
In ipso causæ initio nō est à que
stionibus inchoandum.

¶ Stephanus papa.

Regula. vii.

Quæ multoties. & infra: Quic
quid in sacratis deo reb⁹, &
episcopis iniuste agitur: pro sacrile
gio reputatur, quia sacra sunt, & à
quoquam violari non debent.

¶ Augustinus.

Regula. viii.

Qui

De regulis iuris ex antiquis.

Qui ex timore facit præceptū:
aliter quàm debeat, facit: &
ideo iam non facit.

¶ Idem in libro de pœnitentia.

Regula. ix.

Defleat peccator: quia offendēs
in vno, factus est omniū reus.

¶ Gregorius in Registro. Regula. x.

Quanuis causæ. & infra: Nō
potest esse pastoris excusa-
tio: si lupus oues comedit, & pastor
nescit.

¶ Lucius tertius. Regula. xj.

Indignum est, & à Romanæ Ec-
clesiæ consuetudine alienum: vt
pro spiritalibus facere quis homa-
gium compellatur.

F I N I S.

Regule Sexti Decretaliū,
secundum ordinem alpha-
beticum.

¶ Bonifacius octauus, qui & o-
mnium frequentium regula-
rum author est, ne toties re-
petatur vox, Idem.

Accessoriū



ACCESSORIVM naturam sequi congruit principalis.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

Beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur.

Certum est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem.

Data Romae apud sanctum Petrum, quinto nonas Martij, pontificatus nostri anno quarto.

Contra eum qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda.

Contractus ex conventionione legem accipere dinoscuntur.

Cui licet quod est plus: licet utique quod est minus.

Cum non stat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

Cum quid

De regulis iuris Sexti.

Cum quid prohibetur, prohibetur omnia quæ sequuntur ex illo.

Cum quid vna via prohibetur alicui: ad id alia non debet admitti.

Cum quis in ius succedit alteri, iustam ignorantiam causam censetur habere.

Cum sunt partium iura obscura, reo fauendum est potius quam actori.

Damnnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet non alijs imputare.

Debet concessum a principe beneficium esse mansurum.

Delictum personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ reduci.

Dolo facit qui petit, quod restituere oportet eundem.

Ea quæ fiunt a iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

Eum qui certus est, certiorari ulterius non oportet.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisi extitit impugnare.

Exceptionem obijciens, non videtur de intentione aduersarij confiteri.

Factum

De regulis iuris Sexti.

FActum legitimè retractari non debet, licet casus postea eueniat à quo non potuit inchoari.

FRustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem à se pre-

Gstitam seruare recusat.

Eneri per speciem derogatur.

Ignorantia facti, non iuris, excusat.

Imputari non debet ei per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum.

In alternatiuis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

In iudicijs non est acceptio personarum habenda.

In malis promissis fidem non expedit obseruari.

In obscuris, minimum est sequendum.

In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis.

In pœnis

De regulis iuris Sexti.

IN pœnis, benignior est interpretatio facienda.

IN re communi, potior est conditio prohibentis.

IN toto partem non est dubium contineri.

Indultum à iure beneficium, non est alicui auferendum.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

Inspicimus in obscuris quod est verisimilius: vel quod plærunque fieri consuevit.

IS qui in ius succedit alterius, eo iure quo ille vti debet.

IS qui tacet, non fatetur, sed nec vtiq; negare videtur.

¶ Annecte hic regulam, Quia tacet. infra.

LOccupetari non debet aliquis cū alterius iniuria, vel iactura.

Mora sua cuiuslibet est nociva.

MVtare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Nemo potest plus iuris transferre in alium, quàm sibi competere

De regulis iuris Sexti.
tere dinoscatur.

Non debet aliquis alterius odio
prægruari.

Non est in mora qui potest exce
ptione legitima se tueri.

Non est obligatorium contra bo
nos mores præstitum iuramē
tum.

Non est sine culpa, q̄ rei quæ ad
eum non pertinet, se immiscet.

Non firmatur tractu tēporis, qđ
de iure ab initio non subsistit.

Non licet aētori, quod reo licitū
non existit.

Non præstat impedimētū, quod
de iure non sortitur effectum.

Nillus ex cōsilio, dūmodo frau
dolentum nō fuerit, obligatur.

Nillus pluribus vti defensionī
bus prohibetur.

Odia restringi, & fauores cōue
nit ampliari.

Peccatum non dimittitur, nisi re
stituatur ablatum.

Peccati venia non datur nisi cor
rectis.

Pluralis locutio, duorum numer
pro est contenta.

Plus

De regulis iuris Sexti.

Plus semper in se continet quod est minus.

Possessor malæ fidei villo tempore non præscribit.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.

Præsumitur ignorantia, vbi scientia non probatur.

Præiilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

Pro possessore habetur, qui dolo desijt possidere.

Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

Quæ contra ius fiunt, debent utiq; pro infectis haberi.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum.

Qui prior est tempore, potior est iure.

Qui sentit

De regulis iuris Sexti.

Qui lentit onus, sentire debet commodum: & contrā.

Qui tacet, consentire videtur.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi nō debet ab alijs in exemplum.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Rationem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.

Rationi congruit ut succedat honore, qui substituit in honore.

Ratum quis habere nō potest, quā ipsius nomine nō est gestum.

Scienti, & consentienti, non fit iniuria, neque dolo.

Semel deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum.

Semel

De gradibus affinitatis. ff.

Semel malus, semper præsumitur esse malus.

Sine culpa, nisi subsit causa, nõ est aliquis puniendus.

Sine possessione præscriptio non procedit.

Vtile non debet per inutile vi-
tiari.

¶ Data Romę apud sanctũ Petrum
quinto nonas Martij, pontifica-
tus nostri anno quarto.

Titulus* de gradibus affi-
nitatis & consanguinitatis, &
nominibus eorum, ex trige-
simooctauo Pandecta-
rum.

* de
adfi-
nitati-
bus &
nomi-
nibus
eorũ.

¶ Caius.

Lex prima.



Cognatus cognationis aliq̃
superioris ordinis sunt,
aliq̃ inferioris, aliq̃ ex trãs-
uerso, siue à latere. Su-
perioris sũt ordinis, pa-
teres, inferioris liberi: ex trãsuerso, si-
ue à latere, fratres & sorores liberiq̃
eorum. Sed superior quidem & infe-
rior cognatio à primo gradu incipit;

i ex

De gradibus affinitatis. ff.

ex trāuerso verò, siue à latere, nul-
lus est prim⁹ gradus: & ideo incipit
à secundo. Itaq; in primo gradu cog-
nationis, superioris quidem & in-
ferioris ordinis cognati possunt cō-
currere: ex transuerso verò nūquam
in eo gradu quisquam cōcurrere po-
test: at in secundo, & tertio, & dein-
ceps in cæteris, possunt etiā ex trā-
uerso quidē concurrere, & *cū super-
rioris ordinis cognatis. Sed admonē-
di sumus: si quando de hæreditate,
vel honorū possessione queram⁹, nō
semper eos qui eiusdem gradus sunt
concurrere. ¶ Primo gradu sunt su-
prà pater mater, infra fili⁹ filia. ¶ Se-
cundo gradu sunt suprà auus auia,
infra nepos neptis, ex transuerso fra-
ter soror. ¶ Tertio gradu sunt suprà
proauus proauia: infra pronepos p-
neptis, ex trāuerso fratris sororisq;
filius filia, & conuenienter patruus
amita, auunculus matertera. ¶ Quar-
to gradu sunt suprà abauus abauia:
infra abnepos abneptis, ex trāuerso
fratris sororisq; nepos neptis: & cō-
uenienter patruus magnus, & amita
magna, id est, auī trater & soror:
auuncu-

De gradibus affinitatis. ff.

auunculus magnus, & *matertera magna, id est, auix frater & *soror: item fratres patruales, sororesq; patruales: id est, qui quæve ex duobus fratribus propagantur. *item cōsobrini cōsobrinæq; id est, qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi cōsororini. item amitini amitinx, id est, qui quæve ex sorore & fratre propagantur: sed vulgus ferè oēs istos communi appellatione consobrinos vocat. ¶ Quinto gradu sūt suprā atavus atavia: infra atnepos atneptis: ex transuerso fratris & sororis pronepos proneptis: & cōuenienter pater & proamita, id est, proauus frater & soror, proauunculus patertera, id est, proauix frater & soror: item fratris patruelis, sororis patruelis filius filia: & similiter consobrini consobrinæ, item amitini amitinx filius filia, propior sobrinus, *propior *sobrina isti sunt patruus magnus, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia,

*de est, &
*de est, &
*pge nerantur.

*propior
*propior
*propior

Lex. ij.

Ulpianus. Hoc est patris matrisve eius de cuius cognatione queritur, cōsobrinus

i ij

sobrinus

De gradibus affinitatis. ff.

*desūt
verba
sequē
tia.

sobrinus consobrina, siue frater patruelis vel amitinus, soror patruelis vel amitina.

¶ Caius.

Lex. iij.

Sexto gradu sunt supra tritauus tritauia, infra trinepos trineptis: ex transuerso fratris & sororis abnepos abneptis: & conuenienter abpatruus abamita, id est, abauī frater & soror, abauunculus abmatertera, id est abauīæ frater & soror: item patruī magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ, nepos neptis: item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinæ, amitini, amitinæ, nepos, neptis: item propatruī, proamitæ, proauunculi, promaterteræ, filius, filia. Qui uerò ex*fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis vndiq; propagantur: ij*propriè sobriini vocantur. ¶ In septimo autem gradu quàm multæ esse possint personæ, ex ijs quæ diximus, satis apparet. ¶ Admonendi tamen sumus parentum, liberorumq; personas semper duplari. Auū enim & auīam tam maternos quàm paternos intelligim⁹: item nepotes nēptēsq;

*item
q ex.
*qui.

De gradibus affinitatis. ff.

præter tam ex filio quàm ex filia: quã rationem scilicet deinceps in omnibus gradibus supra infraque sequemur.

¶ Modestinus.

Lex. iij.

Non facile autem, quod ad nostrum ius attinet, cum de naturali cognatione queritur, septimum gradum quis excedit: quatenus ultra eum ferè gradum rerum naturalium iura consistere non patitur. ¶ Cognati ab eo dici putantur: quod quasi vnã cõmuniterve nati, vel ab eodẽ orti, progenitive sint. ¶ Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes iure civili, quædam naturali connectuntur: nonnunquam utroque iure concurrente, & naturali, & civili copulatur cognatio. Et quidẽ naturalis cognatio per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per feminam descendit, quæ vulgo liberos peperit. Civilis autem per se, quæ etiam legitima dicitur, sine iure naturali cognatio consistit per adoptionem. Utroque iure consistit cognatio, quum iustis nuptiis contractis copulatur. Et naturalis qui

*vitã.

*pariunt.

*deest

iure.

*sunt cog

gnatio

ne.

*deest

consi

stit.

De gradibus affinitatis. ff.

dē cognatio hoc ipso nomine appellatur: civilis verò cognatio, licet ipsa quoq; per se plenissimè hoc nomine vocetur, propriè tamen agnatio vocatur, videlicet quæ per mares contingit. ¶ Sed quoniam quædam iura inter affines quoque versantur, non alienū est hoc loco de affinib⁹ quoque breuiter differere. ¶ Affines sūt viri & vxoris cognati, dicti ab eo quod duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. nanque coniungendę affinitatis causa fit ex nuptiis. Nomina verò eorum hæc sunt, socer, socrus:

*.i. so- cer p
virū. uignus, priuigna. Gradus verò affi-
nitatis nulli sunt. Et quidem viri pater,
* .i. so- vxorisque, socer : mater autem
crus p eorum, socrus appellatur: cum apud
virū. Græcos propriè viri pater, *ιυρῆς* :
* .i. so- mater verò *ιυρῆς*. * vxoris autem pater
cer p *πενθερῆς*, * mater verò *πενθερῆς* *
vxorē. vocetur. filij autem vxor, nurus: filia
* .i. so- verò vir, gener appellatur. Vxor verò
crus p liberis ex alia vxore natis nouerca
vxorē. dicitur. matris vir ex alio viro natis
vitricus

De gradibus affinitatis. ff.

vitricus appellatur. eorum vterque
 natos aliunde, priuignos priuignas
 que vocant. Potest etiam sic defini:

Socer est vxoris meæ pater, ego il-	
lius sum gener. Socer magnus dici-	
tur vxoris meæ auus, & ego sum il-	
lius progener. Et retro pater meus,	
vxoris meæ socer est: hæc illi nurus.	
& auus meus socer magnus est, illa	*mihî.
illi pronurus. Item socrus mea, *v	
xoris meæ mater est, ego illius sum	
gener. & profocr ⁹ mea, vxoris meæ	
auia est, ego illius sum progener. &	*illorū
retro mater mea, vxoris meæ socrus	*.i.le
est: illa huic nurus. & auia mea, so-	uir.
crus magna est: & vxor mea illi p-	*.i.le
nurus. Priuignus autem est vxoris	uirmei
meæ filius ex alio viro natus, ego il-	canis,
li *vitricus. & in contrarium vxor	ois ma
mea liberis quos ex alia vxore ha-	li cau
beo, nouerca dicitur: liberi mei illi	satricis
priuigni sunt. Viri frater, leuir est: horri-	dæ.
apud Græcos δακρ ⁹ appellatur: vt est	*id est
apud Homerum relatum. sic enim	glos.
Helena ad Hectorē dicit: δαερ μειο	*.i. fra
κοιο κακομηχανου δερσοισσης. *Viri so-	trū v-
ror, glos dicit: apud Græcos γάλας. *	xores.
Duorū fratrum vxores εναγίρες *dicunt	

i iij apud

De gradibus affinitatis. ff.

apud Græcos, quod vno versu idem

Homer⁹ significat, δαίμων ἢ γαλάων ἢ

*.i. le^r *εἰνατίρων ἐν τῶν λαῶν.* * ¶ Hos itaq; in
 uirorū ter se, qui affinitatis causa parētum
 aut loco liberorūmq; habentur, matrī
 gloriū monio copulari nephas est. ¶ Scien
 aut ei dum est neque cognationem neque
 nate affinitatem esse posse, vbi* nuptiæ
 rū ni interdīctæ sunt, *ex quibus affinitas
 tude i coniungitur. ¶ Libertini libertinq; que
 duta inter se affines esse possūt. ¶ In adop
 rum. ptionem datus, aut emancipatus,
 *nisi. quascunq; cognationes affinitatesq;
 *non habuit, retinet: agnationis iura non
 sint. retinebit. *sed in ea familia ad quam
 *pdit. per adoptionem venit, nemo est illi
 cognatus præter patrem, eósve quib;
 bus agnascitur: affinis autē ei omni
 no in ea familia nemo est. ¶ Is cui a
 qua & igni interdīctum est, vel ali
 quo modo capite diminutus est, ita
 *ami vt libertatem & ciuitatē amitteret: *
 ferit. & cognationes & affinitates omnes
 quas antē habuit, amittit.

¶ Paulus.

Lex. v.

SI filium naturalem emancipauer
 ero, & alium adoptauero, non esse
 eos fratres: Si filio meo mortuo Titium

De gradibus affinitatis. ff.

tum adoptauero, videri eum defuncti fratrem fuisse, Arrianus ait.

¶ Ulpianus. Lex. vj.

Labeo scribit nepotis ex filia mea nati uxorem, nurum mihi esse.

¶ Et generi & nurus appellatione, sponsus quoque & sponsa continentur.

Item socii & socrus appellatione, sponsorum pariter contineri videtur.

¶ Scauola. Lex. viij.

Pruiignus etiam is est, qui vulgo conceptus, ex ea natus est, quae postea mihi nupsit. Aequae & is qui

(cum in concubinato erat mater eius) natus est ex ea quae postea alij nupta sit.

¶ Pomponius. Lex. viij.

Seruius recte dicebat, socii & socrus, & generi & nurus, appellationem etiam ex sponsalibus acquiri.

¶ Paulus. Lex. ix.

Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur: quarum altera superior est, altera inferior. Ex superiore vero & secundo gradu transversae lineae pendent, quas omnes latiore tractatu habito, in librum singularem coegessimus.

¶ Idem

*at enim. *novi datur.

*cote xuij.

Idem

De gradibus affinitatis. ff.

¶ Idem

Lex. x.

Iuriscōsultus cognatorū gradus,
& affinium nosse debet: quia legi-
bus hæreditates & tutelæ ad proximi-
mum quemq; agnatum redire cōsue-
uerunt. Sed & edicto Prætor proximo
cuique cognato dat bonorū posses-
sionem. Præterea lege iudiciorum
publicorum contra affines & agna-
tos testimonium inuiti dicere nō cogimur. ¶ Nomē cognationis à Græci-
ca voce *συγγενής* dictū videtur. *συγγενής* enim illi vocant quos nos cog-
natos appellamus. Cognati sunt,
& quos agnatos lex. XII. Tab. ap-
pellat: sed ñ * per patrem cognati,
* ñ sūt qui. ex eadem familia sunt. Qui autem
per fœminas coniunguntur, cognati
tantum nominantur. Proximiores
ex adgnatis, sui dicuntur. Inter ad-
gnatos igitur & cognatos hoc iter-
est, quod inter genus & speciem.
Nam qui est adgnatus, & cognatus
est. Non utique autem qui cognatus
est, & agnatus est. Alterum enim
ciuile, alterum naturale nomen est.
Nūc verò non parcimus his cogna-
tionum nominibus, etiam in seruis.
Itaq;

De gradibus affinitatis. ff.

Itaq; parentes & liberos, fratresque
etiam seruatorum dicimus: sed ad leges & leges
seruiles cognationes non pertinent. ad.

¶ Cognationis origo, & per feminas
solas contingit. Frater enim est, & qui
ex eadem matre tantum natus est.

Nam qui eundem patrem habent, licet
diuersas matres, etiam agnati sunt.

¶ Parentes usque ad tritauum apud
Romanos proprio vocabulo nominantur:
ulteriores qui non habent speciale
nomen, maiores appellantur.

Item liberi usque ad trinepotem: ultra
hos, posteriores vocantur. ¶ Sunt

& ex lateribus cognati, ut fratres
sororesque, & ex his progeniti: item

patrui & amitae, auunculi & mater

terae. Nam quoties queritur quoto

gradu quaeque persona sit; ab eo inci-

piendum est, cuius de cognatione quaerimus:
& si ex inferioribus aut superioribus
gradibus est, recta linea sursum uersus,

¶ vel deorsum tendendo: ¶ sursum
facile inueniemus gradus, si per singulos
proximum quemque numeremus.

Nam qui mihi proximo gradu est,
proximus eius secundo gradu est mihi.

Similiter ascendentibus & descendentibus

¶ At.

¶ sursum
uersum.

De gradibus affinitatis. ff.

*Sibi
ter em̄
accedē
tibus
singu-
lis.

dentibus singulis* accrescit numerus.
¶ Idem faciendum est in transuersis gradibus. sic frater secundo gradu est: quoniam patris vel matris persona per quos coniungitur, prior numeretur. ¶ Gradus autem dicti sunt ad similitudinē scalarum, locorumve procliuium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximū, id est, in eum qui quasi ex eo nascitur, trāseamus. ¶ Nūc singulos gradus numeremus. Primo gradu cognationis sunt sursumuersus duo, pater, & mater: deorsumuersus duo, filius, & filia: qui tamē & plures esse possunt. ¶ Secundo gradu. XII. personæ continētur hæ: auus, hoc est patris & matris pater: item auia similiter tam paterna quàm materna. Frater quoque per alterum parētem accipitur: id est, aut per matrem tantum, aut per patrem tantum, aut per vtrunque: id est, ex vtroque parente eodem. Sed hoc numerum nō auget, quòd nihil differt hic ab eo qui eundem parentem habet tantum, nisi quòd is eisdem cognatos habet tam paternos quàm maternos. Et ideo euenire solet in his gradibus diuersis

De gradibus affinitatis. ff.

diuersis parentibus nati sunt, vt qui
meo fratri frater sit, meus cognatus
non sit. pone me fratrem habere ex
eodem tatum patre: fratrem alium
habere ex eadem matre. illi inter se
fratres sunt, mihi alter cognatus non
est. Hic soror similiter numeratur vt
frater. ¶ Nepos quoque dupliciter in-
telligitur, ex filio vel filia nato. Idem
est, & in nepte. ¶ Tertio gradu per-
sona continetur. XXXII. Proauus,
qui quadrisariam intelligitur. Est enim
aui paterni, vel materni pater: item
aui paternae, vel maternae pater.
Proauia quoque quatuor personas com-
plectitur. est enim aut aui paterni, aut
aui paternae mater: item aui mater-
ni, & similiter aui maternae mater.
¶ Patruus autem is est patris frater:
& ipse dupliciter intelligendus est,
ex patre vel matre. ¶ Auia & paterna *puta
mea nupsit patri tuo, peperit te: auia auia-
paterna tua nupsit patri meo, pepe-
rit me: ego tibi patruus sum, & tu
mihi. Idem euenit si duae mulieres ab
alterius filio nupsierint. nam qui
ex his masculi nati sunt, inuicem pa-
trui sunt: quae feminae, inuicem ami-
tae.

De gradibus affinitatis. ij.

*Idem tæ. *Item masculi fœminis similiter
 in fœ- patruū, fœminæ illis amitæ. Si vir &
 minis, mulier, ille filiam eius duxerit, illa fi-
 mascu- lio eius nupsierit: qui ex patre adole-
 li enim- scentis nati erunt, ex matre puellæ
 simili- natos, fratris filios: qui ex matre pu-
 ter & c- ellæ nati erunt, ex patre adolefcētis
 natos, sororis filios: ille eos patruos,
 illi eas amitas appellabunt. ¶ Auun-
 culus est frater matris. Eadē signifi-
 catione, quod *in patruo diximus, cō-
 tingit, si duo viri alter alterius duxe-
 rit filiam, qui ex his masculi nati fue-
 rint, inuicem auunculi: quæ fœminæ,
 inuicem materteræ erunt: & eadem
 ratione masculi puellis auunculi, &
 illæ illis erūt materteræ. ¶ Amita est
 soror patris, sicut supra accipienda.
 Matertera est matris soror similiter
 vt supra. ¶ Illud notandum est, non
 quemadmodum patris matrisq; fra-
 tres sorores, patruū amitæ, auuūculi
 materteræ dicuntur: ita fratris soror
 risq; filios filiāsq; nomen speciale co-
 gnationis habere, sed ite demonstra-
 ri, fratris sororisq; filios filiāsq; quod
 quidē & i alijs accidere, ex posteriori-
 bus apparebit. ¶ Pronepos quoq;
 &

*quā.
 aliās,
 qua.

De gradibus affinitatis. ff.

& p̄neptis quadrifariam intelligūtur. *qua-
tur. aut em̄ ex nepote ex filio, aut ex drifa-
nepote ex filia descēdunt: aut ex ne- riter.
pte ex filio, aut ex nepte ex filia p̄-
pagantur. ¶ Quarto gradu personæ
continētur octoginta. Abauus, cui⁹
intellect⁹ in octo personas porrigi-
tur. est enim p̄auī paterni, aut ma-
terni pater: quos singulos duplici
modo intelligendos diximus. aut p̄-
auia paternæ, aut maternæ pater:
quæ & ipsæ singulæ personæ duplici-
ter accipiūtur. Abauia, & hæc eadē
oc̄tes numeratur. est enim p̄auī pa-
terni aut materni: item p̄auie pater-
næ aut maternæ mater. ¶ Patru⁹ ma-
gnus est frater auī. qui auus, itē fra-
tres, quū duobus modis intelligant̄,
quatuor p̄sonas hoc nomē amplectū-
tur, vt sit auī paterni v̄ materni fra-
ter, q̄ vel ex eodē patre. i. p̄auo, vel
tantū matre eadē. i. p̄auia nat⁹ est.
Qui verò mihi est patru⁹ magn⁹, is
patri meo vel matri meæ patru⁹ est.
¶ Amita magna, est auī soror. Auus
autē, itē soror, vt supra diximus, du-
pliciter itelligunt̄: & ideo hic quoq̄
quatuor personas intelligim⁹. Simi-
liter

De gradibus affinitatis. ff.

liter quæ patri meo vel matri meæ amita est, mihi erit amita magna.

¶ Auunculus magnus est auix frater. Quatuor personæ huic nomini eadem ratione sunt subiectæ: mihiq;

is est auunculus magnus, qui patri meo vel matri meæ auunculus est. Ma-

tertera magna, est auix soror. Quatuor modis, & hæc ob eandem causam

* &

intelligitur. Ea * quæ matri meæ vel patri meo matertera est, mihi ma-

tertera magna vocatur. ¶ Eodẽ gradu sunt, & illi qui vocantur fratres

patruales: item sorores patruales, amitini amitinae, consobrini consobrinae. hi autem sunt, qui ex fratribus aut

sororibus nascuntur: quos quidam ita distinxerunt, ut eos quidem qui ex fra-

tribus nati sunt, fratres patruales: ite-

eas quæ ex fratribus nate sunt, sorores patruales: ex fratre autem & so-

rore amitinos amitinas: eos vero & eas qui queve ex sororibus nati natae

ve sunt, consobrinos consobrinas, quasi sororinos * appellarent. sed plerique

* cõso-
rorios

hos omnes consobrinos vocant, sicut Trebatius. ¶ Sub hac appellatione

nominum personæ cadunt sexdecim: hæc,

De gradibus affinitatis. ff.

hæ, patruī filius, item filia: quæ bifa-
riam, sicut suprâ numeratur. nā pa-
tris mei frater esse pōt, vel ex eodē
patre, vel etiā ex eadē matre sola. a-
mitę filius, itē filia. auunculi filius, itē
filia. materteræ filius, itē filia. amita
auunculo matertera * acceptis dupli-
ci intellectu, secundū eandē rationē *
qua patruī nomē. ¶ Fratris sororisq;
nepos ac neptis eodē gradu sūt. Sed
& frater, itē soror, neposq; & neptis
dupliciter accepti continebunt per-
sonas sexdecim, sic: fratris ex eodem
parente nati nepos ex filio, nepos ex
filia, neptis ex filio, neptis ex filia. fra-
tris ex alio patre eadēque matre
nati, nepos ex filio, nepos ex filia: ne-
ptis ex filio, neptis ex filia. Eadēque
causa octo personæ efficiunt, vt aliæ
octo accedat, ex sorore natorum ne-
potū & neptium, * quæ similiter nu-
merantur a nobis. Fratris autē mei
nepos neptisq; me patrum magnū
appellant. Fratrum sororumq; meo-
rum nepotes neptesq; item mei, in-
ter se cōsobrini sunt. ¶ Abnepos ab-
neptis, hi sunt pnepotis proneptis,
filii filia: nepotis neptisve nepos ne-

* amita
tæ, auuncu-
lo, ma-
terte-
re.
* ratio
est ser-
uanda
secun-
dū pa-
truī no-
men.
* nepo-
tes ne-
ptes-
que.

De gradibus affinitatis. ff.

ptis: filiū filiæve p̄nepos proneptis:
 p̄sonas sexdecī cōtinebunt: nepte vel
 ex filio nato, vel ex filia: nepte vel ex
 filio nata, vel ex filia, acceptis: vt ad
 singulas personas gradu descendat
 mus, sic: filius, nepos, pronepos, ab-
 nepos. filius, nepos, pronepos, abne-
 ptis. filius, nepos, p̄neptis, abnepos.
 filius, nepos, p̄neptis, abneptis. fili⁹,
 neptis, pronepos, abnepos. fili⁹, ne-
 ptis, p̄nepos, abneptis. filius, neptis,
 proneptis, abnepos. filius, neptis, p̄-
 neptis, abneptis. Similiter hæ perso-
 nę numerabuntur præposita filia: &
 sic fient sexdecim. ¶ Quinto gradu
 *184. personæ continentur. CXCII. * At
 auus scilicet & atauia. Atau⁹ est ab-
 auī vel abauīæ pater, proauī vel pro-
 auīæ auus, auī auīæq; proauus, ma-
 tris vel patris abauus. Huius appel-
 latio p̄sonas cōplectitur sexdecim,
 enumeratione facta tam per mares,
 quàm p̄ fœminas: vt sic ad singulas
 personas perueniamus. Pater, auus,
 p̄auus, abauus, atauus. Pater, auus,
 p̄auus, abauia, atauus. Pater, auus,
 proauia, abauus, atauus. Pater, au⁹,
 proauia, abauia, atauus. Pater, auia,
 proauus,

De gradibus affinitatis. ff.

proauus, abauus, * atauus. Pater, a * ab
uia, proauus, * abauia, atauus. Pa auia.
ter, auia, proauia, abauia, atauus. * pro
Pater, auia, proauia, abauia, atauus. auia.

Similiter matris persona præposita
numeratio fiet. Atauia totidem per
sonas continet eadem ratione nume
ratis, id est, sexdecim. ¶ Patruus ma
ior est proauus frater, patris vel ma
tris patruus magnus. Sub hoc nomi
ne erunt personæ octo, & sic enu
merabuntur: Pater, auus, proauus,
abauus, frater proauus. Pater, auus,
proauus, abauia, frater proauus. Pa
ter, auia, proauus, abauus, frater p
auus. Pater, auus, proauus, abauia, fra
ter proauus. totidem erunt matris per
sona, & proauo eius præpositis. Ideo
autem fratrem proauus enumerantes,
ante abauum ponimus, ¶ (vt supra
significauimus) nõ aliter peruenitur
ad eum de quo queritur, nisi per eos
transitum fuerit, ex quibus nascitur.
¶ Auunculus maior is est proauus fra
ter: patris vel matris auunculus ma
gnus. Eadem dinumeratiõne hic quo
que octo personas cõputabimur: hoc
tantum imutato, vt is p fratre proauus
K ñ ponatur.

De gradibus affinitatis. ff.

ponatur. ¶ Amita maior ea est pro-
 auī soror: patris vel matris amita ma-
 gna. Quod ad * numerum expositio-
 * quo- nēmque personarum pertinet, * eadē
 ad. erūt, immutato hoc, vt proauī soror
 * deest ad extremum ponatur. ¶ Matertera
 ptinet. maior hęc est soror p̄auī, patris vel
 matris matertera magna. Numerus
 personarum idem est, vt ī nouissimo
 ponatur proauīe soror. Hos omnes
 * pa- patruos maiores * quos retulimus,
 truo quidam appellant ita: propatruus,
 maio- proauunculus, proamita, promater-
 re. tera: quos tamen ego ita nomino, illi
 contra fratris vel sororis pronepotē
 me demonstrant. ¶ Patruī magni fi-
 lius filia, hi sunt fratris auī fili⁹ filia,
 proauī proauīe nepos neptis ex fi-
 lio, patris vel matris consobrinus cō-
 sobrina. Octo personas & hīc com-
 putabimus, q̄ auus & frater, vt iam
 dictum est, dupliciter accipiūtur: &
 ideo patruī magni filius quatuor im-
 plet, totidem filia. ¶ Amitę magnę,
 filius filia, hi sunt auī sororis filius fi-
 lia: proauī proauīe, nepos neptis ex
 filia: patris vel matris, cōsobrinus cō-
 sobrina. Numerus personarum idē
 est

De gradibus affinitatis. ff.

est qui supra. ¶ Auunculi magni filius filia, hi sunt fratris auia filius filia, proauis proauia nepos neptis ex filio, patris vel matris consobrinus consobrina: numerus idem. ¶ Materteræ magnæ filius filia, hi sunt auia sororis filius filia: proauis proauia, nepos neptis ex filia patris vel matris, consobrinus consobrina. Computatio eadem personarum quas enumerauimus.

¶ Patruis magni filius, eius * de cuius * ei.
cognitione queritur, propior sobrius * pro-
nus * vocatur. Nam, ut & Masurius pius so-
ait, quem * quis appellat propiorem brino.
sobrinum, * qui est patris vel matris * eum.
sua consobrinus aut consobrina: ab * pro-
eo consobrinus consobrinæve filius filia nominatur. ¶ Patruis nepos neptis, pius so-
hi sunt auis paterni, vel auis paternæ, brino.
pronepos proneptis, ex nepote vel
ex nepte filio natis, consobrinus consobrinæ, filius filia. octo personas conti-
nebunt: quatuor nepos, quatuor ne-
ptis: quia & patruus dupliciter acci-
pitur, & nepos vel neptis sub singu-
lis patruorum personis duplicatur.
¶ Amitæ nepos vel neptis, hi sunt auis
paterni vel auis paternæ, pronepos
proneptis,

De gradibus affinitatis. ff.

proneptis ex nepote vel ex nepte filia natis: cōsobrini consobrinæ filius filia. numerus idem est. ¶ Auunculi nepos neptis, materteræ nepos neptis: hi sunt aui materni vel auie maternæ, pronepos proneptis ex nepote vel nepte filio natis, cetera eadē, quæ in patruī & amitæ nepote vel nepte diximus, materteræ nepos neptis: hi sunt aui materni, vel auie pronepos proneptis, & nepote vel nepte filia natis. personarū idem qui supra. Iis omnib⁹ quos de patruī nepote proposuim⁹, is de cui⁹ cognatione queritur, propior sobrin⁹ est: nā patris vel matris eorū cōsobrin⁹ est. ¶ Fratris pronepos proneptis: hi continentur personas sexdecim, fratre dupliciter, & nepote, & nepte * singulis quadrifariam, vt supra demonstrauimus, acceptis. Sororis pronepos proneptis similiter. X. VI. personas continebunt. ¶ At nepos atneptis: hi sunt abnepotis vel abneptis filii filia: pronepotis vel proneptis, nepos neptis: nepotis vel neptis, pronepos proneptis: filii vel filia, abnepos abneptis. Numerabuntur sub hac appellatione

De gradibus affinitatis. ff.

ne. XXXII. personæ: quia atnepos
XVI. habet, & totidem atneptis.

¶ Sexto gradu continentur personæ
CCCCXLVIII. Tritauus. Est autē
tritauus, patris vel matris atauus, a
ui vel auix abauus, proau vel pro
auix proauus, abau vel abauix a
uus, atau vel atauix pater. dictus
tritauus, quasi terti⁹ auus. personas

verò complectitur. XXXII. Gemi
netur enim necesse est, qui in atauo
fuit numerus, imutatione per singu
las personas atauix iam facta, vt sex
decies tritauus intelligatur atauo, &
& toties atauix. Tritauia similiter

enumerata faciet psonas. XXXII.

¶ Patruus maximus, is est abau fra
ter, atau & atauix filius, patris vel
matris patruus maior. personas con
tinebit. XVI. sic: Pater, auus, pau⁹,
abauus, atauus, abau frater. Pater,
auus, proauus, abauus, atauia, frater
abau. Pater, auus, proauia, abauus,
auus, frater abau. Pater, auus, pro
auia, abauus, atauia, frater abau. Pa
ter, auia, proauus, abauus, atauus,
abau frater. Pater, auia, proauus,
abauus, atauia, frater abau. Pa

k iij ter,

*pro
pter
atauū.
*atau
pater.

De gradibus affinitatis. ff.

tèr, auia, pauia, abauus, atauus, ab-
 auī frater. Pater, auia, pauia, abau⁹,
 atauia, abauī frater. Totidē erūt ma-
 tris appellatiōe præposita. ¶ Auun-
 culus maximus, est abauī frater, pa-
 tris vel matris auunculus maior. &
 numerus idē, & personarū exposi-
 tiō eadē quę supra: hoc dūtaxat im-
 mutato, vt pro abauī fratre, abauī
 fratrem ponas. ¶ Amita maxima, est
 abauī soror, patris vel matris, amita
 maior: cætera vt in patruo maximo,
 immutato tātū hoc, vt vbi est abauī
 frater, ponatur abauī soror. ¶ Mater-
 tera maxima, est abauī soror, patris
 vel matris matertera maior: cætera
 vt supra, ad extremū duntaxat pro
 abauī fratre posita, * abauī soror
 re. Hos omnes quos à patruo maxi-
 mo proposuimus, quidā his nominibus
 designant: abpatruus, abauūcu-
 lus, abamita, abmatertera. Itaque &
 nos indifferēter hos ponem⁹. Quos
 autē ego appello abpatruos, abauū-
 culos, abamitas, abmaterteras: illi
 demonstrāt me fratris sororisq; ab-
 nepotem. ¶ Patruī maioris fili⁹ filia,
 hi sūt proauī fratris filius filia, abauī
 abauī

De gradibus affinitatis. ff.

abauia per proauum, nepos neptis
ex filio. Personę sub hoc erūt. XVI.
enumeratione sic ducta, vt in quinto
gradu cum patrum maiorē demō-
straremus, fecimus, adiecto dūtaxat
filio filia: quia filius patris maioris to-
tidē necesse est personas complecti,
tur, quot patrus maior, id est octo.
Totidēq; ex filia persona cōputa-
tis, is numerus efficietur, quē supra
posuimus. ¶ Amitę maioris filius fi-
lia, hi sunt proauis sororis filius filia,
abauis abauis, per proauū nepos ne-
ptis ex filia. Et hic eadē ratione per-
sonas enumeramus totidē. ¶ Auūculi
maioris filius filia, hi sunt proauis fra-
tris filius filia: abauis abauis per pro-
auiam nepos neptis ex filio. Eadem
hic dinumeratio facienda est, quæ in
patris maioris filio filia. ¶ Materterę
maioris filius filia, hi sūt proauis soro-
ris filius filia: abauis abauis per proauā
nepos neptis ex filio. Circa numerū
personarum* expositio est, vt supra. * & p-
sonas.
Hi omnes quos proposuimus à pa-
tris maioris filio, auo auis ei⁹ de cu-
ius cognatione queritur, fratribusq;
& sororibus eorū cōsobrini cōsobri-
nave

De gradibus affinitatis. ff.

* vtri⁹
eorū.

* si
mul.

* fra-
tris.

næve sunt, at patri matrīq; eiūsdē,
fratrib⁹q; & sororib⁹ vtriūsq; * p-
pior sobrinus. ¶ Patruī magni nepos
vel neptis, amītæ magnæ, nepos vel
neptis, auūculi magni nepos vel ne-
ptis: materteræ magnæ nepos vel
neptis: hæc singula* nomina cōtinēt
personas. X. VI. Nā cūm patruī ma-
gni, verbi gratia persona quadrifa-
riam intelligatur, nepotis bifariam,
geminatur is numerus, nepote dun-
taxat adnumerato: & quadruplatur
is, qui gemin⁹ erat. duplicatur etiā
nepte cōputata. & tantū vnius dinu-
merationē pponemus exempli gra-
tia: Pater, auus, proauus, frater aui,
qui est patruus magn⁹. filius ei⁹, ne-
pos eiūsdē ex filio, itē neptis. Pater,
auus, proauus, frater aui, qui est pa-
truus magnus, filia eius, nepos eiū-
dem ex filia, itē neptis. Totidem &
eadē ratione exponuntur matris no-
mine anteposito, id est vt aui mater-
ni fratres, eorūq; nepotes & neptes
computem⁹. Item in amita magna,
id est, aui sorore nepotes neptelque
enumerabimus. Idemq; in auunculo
magno, id est, aui⁹ fratre. * Eadē ra-
tio est

De gradibus affinitatis. ff.

tio est in matertera magna, id est, *foro-
 auie sorore. *Ex quib⁹ vniuersus nu ris.
 merus cōplectitur * LXIII. Hi oēs *com-
 pauī * aut pauīe eius de cui⁹ cogna *plef.
 tione queritur, pnepotes & prone *pro-
 ptes: eiusdē aui auie * fratris sororis auo.
 ve nepotes neptēve. & cōtra, corū: *auo
 eiusdē auus auia, * patruus magn⁹, ma auia
 amita magna: auūculus magn⁹, ma ve.
 tertera magna. Erunt * autem pater *horū
 matēve eiusdē, fratresq; & sorores *auus,
 vtriusq; eorū ppiores sobrini: * ipse auia
 his sobrinus est, & inuicē huic illi so- eidē.
 brini. ¶ Patruī pronepos, patruī pro *horū.
 neptis continēt personas octo. Nam *vtri⁹
 vtriusq; sexus sūt. XVI. sic: Pater, *eorū,
 auus, patruus, filius patruī, nepos e- eidem
 iusdem ex filio, pronepos eiusdē ex ppius
 nepote filio nato, item pnepotis. Pa sobri-
 ter, auia, patruus, fili⁹ patruī, nepos nis.
 eiusdem ex filio, pronepos ex nepo-
 te filio nato, item proneptis. Pater,
 auus, patruus, filia patruī, nepos e-
 iusdem ex filia, pronepos ex nepo-
 te filia nato, item proneptis. Pater,
 auia, patruus, filia patruī, nepos ei⁹
 ex filia, pronepos ex nepote filia na-
 to, item proneptis. Pater, auus, pa-
 truus,

De gradibus affinitatis. ff.

trius. filius patruī, neptis eiusdem
ex filio, pronepos ex nepte filio na
ta, itē proneptis. Pater auia, patruus
filius patruī, neptis eiusdē ex filia,
pronepos ex nepte filia nata, itē p
neptis. Pater auia, patruus filia pa
trui, neptis eiusdē ex filia, pronepos
ex nepte filia nata, item proneptis.
¶ Amitæ pronepos proneptis totidē
*tamē personas eadem ratione & hi conti
nent: tantū* pro patruo amita sum
pta: itē auunculi pronepos p neptis,
pro patruo itē auunculo posito. Ma
terteræ pronepos proneptis: & hic
vbi patruus posit⁹ est matertera nu
merata, eundē numerum personarū
inueniemus. Hi omnes eius de cuius
cognitione quæritur, cōsobrinorum
nepotes neptisve sunt. ¶ Fratris so
rorisq; abnepos abneptis, hi efficiūt
personas. LXIII. vt ex suprascriptis
apparere potest. Trinepos trineptis,
hi sunt filij filiæve atnepos atneptis,
nepotis neptisve abnepos abneptis,
pronepotis proneptisve pronepos
proneptis, abnepotis abneptisve ne
pos neptis, atnepotis atneptisve fili
us filia. Hæ appellationes demōstrāt
personas

De gradibus affinitatis. ff.

personas. LXIII. Nam. XXXII.

trinepos complet, totidem trineptis.

Ab nepote enim numerus quadru-

platus efficit. XXXII. ipso nepote

duas significante: pronepte quatuor,

abnepote octo, atnepote sexdecim.

